tionibusq3,& cataplasmatis,& balneis:quorum singulorum indicationes rursus ab ijs,quæ antea E
diximus,sunt assumendæ. Ita etiam, siquando duo contraria accidentia consequantur, inspicere oportet,vtrum eorum sit fortius. Eodem modo, si duo morbi eundem hominem obsederint,qui inuicem pugnantes habeant indicationes:nam & tunc quoque aduersus id, quod magis vrgeat, instandum,neque alterum omnino negligendum. Eas vero,quæ habentur ex accidentibus & morbis indicationes,non simpliciter,sed secundum causam,à qua singula fiunt, considerandum: qualia sunt defectus animi,& dissolutio. Nam consueuere medici de vna re hæc duo nomina dicere. Est vnum quidem res ipsa, cuius sunt plures causæ: Nam animo deficiunt & ex choleris nominatis, & ex profluuijs ventris, & difficultatibus intestinorum ac læuitatibus, & muliebri fluxu, & vulneribus, & sanguine per ora venarum, quas Græci hæmorrhoidas appellant, emanante, aut per superiora educto, aut per nares aut alios meatus,& ex enixarum purgationibus immoderatis. Non nunquam vero & vehemens cruditas animæ defectum attulit: & tunc præsertim,cum ventrem supra modum soluerit. Et,qui bulimus appellatur,nihil aliud est, quàm animæ defectus. Omnem præterea,quę ex vtero prouenit,strangulationẽ,defectus animi antecedit,sicuti ad vteri versus superiora recursus,& ad latus inclinationes, atque inflammationes plerũque consequitur. Antecedit autem morbum attonitum,& comitialem, cum malignus existit, F
& dissolutiones,& syncopen, & tabem. Sed & in principijs febrium non admodum paucarum aduenit,& tunc præsertim,cum supra modum aut liccum,& squallidum,aut plenum immoderate corpus extiterit. † Et nõ nunquam etiam simul cum febre incendente atq3 maligna inuasit. Et quibus extremæ corporis partes in principijs febrium plurimum sunt refrigeratæ: & quicunq3 ob inflammationis magnitudinem vel hepatis,vel ventriculi,vel stomachi febricitant: his etiam in principijs accessionũ nõ nunq3 animi defectus aduenium̃t,illis præsertim,quibus humores crudi & incocti redundant,aut qui aliquam præcipuam partem obstructam habent. Animo etiã defi eiũt,quibus os ventriculi male affectũ est,aut humorũ vitio mordicat̃,aut crassis,vel lentis,† {vel humidis,vel frigidis humoribus aggrauatur. Quidam etiam in vehementibus animæ affectibus animo defecerũt},sed præcipue senes,& qui alioquin sunt imbecilles. Etenim plures eorum tristati,aut lætati,aut irati,animo defecerunt. Sed & roridæ humiditates quædam aliquando his ita affectis haud in tempore superuenientes,animi defectum inducunt: Sicuti,& qui magis robusto sunt corpore, ex immoderatis sudoribus idem patiuntur. Et,si abscessus quispiam rumpatur vehementer ei,qui non admodum robustis sit viribus:ac tum præcipue, cum materia simul tota ad
ventriculum,vel ventriculi os,aut thoracem defluxerit: Et,siquando etiam nos abscessus secan- G
tes totum simul emittere pus tentauerimus,animi defectum subsequi est necessarium. Et,si quãdoq3 purgantes,aut clystere abluentes, aut quomodocunq3 euacuantes, id aliquo modo vehementius,quàm oporteat,egerimus:neq3 enim in morbo intercute tota simul superfluitas(quãuis sit præter naturam)potest sine noxa euacuari: sed tunc quoq3 necessarium est hominem deficere animo. At vero ex vehementia dolorum veniunt dissolutiones, cum morsus quidam ac tormina,aut ilei,† {aut intestini crassioris affectus} subito accidũt. Sed & neruus percussus,& musculi caput animi defectum intulerunt, & maligna in articulis vlcera, omniaq3 gangrænosa & depascentia,& immoderata frigiditas,atq3 caliditas,vitalisq3 roboris dissolutio. Hæ quidem sunt defectus animi causæ. Singulæ vero earũ propriã curationẽ desiderant,et de oĩbus quidem nõ contingit nunc scribere:nã,quę passionibus assident,sine illis curari non possunt. Tantum igitur in præsenti sermone de ipsis dicemus, quantum quispiam de eis edoctus,possit ijs, quæ repente ingruunt,accessionibus occurrere: Veluti quòd eos,qui ex choleris & ventris profluuio & multis alijs vniuersim factis euacuationibus dissoluuntur, aqua frigida spargere oportet,& nares apprehendere, & os ventriculi perfricare, ac iubere,vt euomant, stomachum irritando digiti vel
pennæ immissione. sed neq3 malum manus & crura alligare:oportet autem nexus fieri plures ac H
fortiores circa manus,quando per inferiores partes fiunt euacuationes: quemadmodum,quando per ora venarum hæmorrhoidum sanguis profluit,aut ventris profluuia adsunt, aut cum per vteros exeunt in mulieribus menstrua:nam, si tunc crura fortius ligentur, sæpius aliquid ad partes inferiores attrahitur: Cõtra autem fit in fluxibus sanguinis factis per nares atque vomitibus, in qbus crura sunt vehementius alliganda. Et quidem, quibuscunq3 in vulneribus sanguis emanat,eodẽ modo,si ex superioribus partibus accidit,inferiores: si ex inferioribus, superiores vinculis sunt astringendæ. Situm quoq3 aliquem in aduersum tendentem parti expedit inuenire, nõ tñ hoc multum fiat:nam,si nimium tendatur,atq3 ex hoc fatigetur, nihilominus irritatur, q̃ si inclinaret ad eundem locũ. In vniuersum aũt,aut ad cõmunia mẽbris patientibus in aduersum trahere oportet,aut ad ea, in quibus est euacuationis origo. Atque ideo vehementes euacuationes, quæ ex vteris fiunt, cucurbitulæ iuxta mãmas appositæ statim sedant: quæ vero ex naribus, hepati ac spleni secundũ narem patientẽ: ꝙ si ex ambabus naribus subito ac multus sanguis efflueret, vtriq3 visceri sunt adijciendæ. Vinum etiã aqua frigida tẽperatum curat eas,quæ ex magnis fiunt euacuationibus,dissolutiones,& tunc præsertim,quando ad ventriculũ fluunt humores. Sed aduertendum est,an aliquid sit,quod prohibeat huiusmodi exhibitionẽ. veluti si aliquod vnũ ex

visceribus

†Et cum arden ti & maligna fe bre nõ nunquã simul inuasit ẽ eos, quibus ex tremæ corporis &c. Nam de ijs potiꝰ debet intelligi, qui in inuasiõibus causi maligni extremis corpis pũbus refrigeratis, animi defectũ incurrũt. vt videre licet pag.99.e

† Codices quidam grẽci manuscripti hæc verba non habent.

† κωλικῆς διαθέσεως est ĩ plerisque codicib⁹ græcis. quãquã aliqui κοιλιακῆς διαθέσεως hic habent. qui tñ inferius prope finẽ capitis τοῖς κωλικοῖς πάθεσι, vt reliqui etiam codices, habent.

A viscеribus inflammationem patiatur, aut caput vehementius doluerit,aut passio aliqua, quæ delirare cogat,affuerit,aut febris incẽdens in morbo crudo. magna enim & quasi insanabilia ex potu vini in huiusmodi affectibus nocumenta prouenium̃t. Quòd si nihil prohibeat, postmodum ægrotantis naturam,& consuetudinem,& ætatem,& ambientis aeris temperaturam distinguere oportet: ad hæc enim respiciens, vel frigidum vel calidum potum exhibebis. Nam, qui assueti non sunt potare frigidum,aut manifeste ex ipso offenduntur,& quicunq3 natura sunt frigidiores, & qui in extrema sunt senectute, & loco natura degunt frigidiori, tempore hyberno,cauere frigidum oportet:at qui contrario modo se habent, hisce intrepide offerendum est. Sit vero vinum in fluxionibus,quæ ad ventriculum fiunt,calidum & tenue,quale Lesbium: in sanguinis autem fluxibus crassum ac nigrum & acerbum. Ipsis vero locis imponere oportet, veluti ventriculo, & vtero,& stomacho,& thoraci,quæ corroborandi vim habent: capiti autem & fronti, præter hæc, illa etiam,quæ refrigerant. Et,quibus in summis partibus, & in naribus vena aliqua disrupta est, medicamen aliquod ex ijs,quæ sanguinem supprimere possunt, imponendum. Balneæ vero in fluxionibus quidem ad ventrem aptissimę sunt,sanguinis vero fluxum acriter irritãt. Et,quicũq3 ob sudoris multitudinem animi defectum patiuntur, his etiam plurimum nocent: horum enim
B adstringere oportet,ac refrigerare, non laxare cutem:& vinum frigidum præcipue his exhibere, & nihil omnino calidũ offerre. Sed neq3 etiam crura ac manus ligare oportet,neque cogere ad vomitum,neq3 vllo modo mouere: Ac ventis refrigerantibus aditum præparare:aerem quoque domus alterare frigida atq3 astringente qualitate, myrtorum foliis, vitium capreolis, ac rosis pauimentum consternentes. Nihil vero horum confert, vbi ad ventrem fluxiones fiunt:nam,quo magis cutem densaueris,tanto ipsę magis augentur. His igitur,qui ex euacuationibus dissoluuntur,ita confestim succurrendum est: At, qui ex multitudine,non ita. Verum in illis artus quàm plurimum fricare oportet,calfacere,atque alligare: A vino vero & cibis abstinendum,& balneis etiam,si febricitauerint: Sufficit aũt,si eis dederimus melicrati potum,in quo ebulliuerit thymus, vel origanum,vel pulegium,vel hyssopus. Conuenit quoq3 oxymel, {& ligare ac fricare manus potius,q̃ crura.} Et,quæ etiam ex vtero laborante exoluuntur,non aliter curandæ sunt, excepto oxymelite: fricare etiam atq3 alligare magis crura oportet,q̃ manus. Et, quemadmodũ in multo effluxu cucurbitas iuxta mammas imponimus, sic, qbus sursum aut in latus tractus est vterus, inguinibus & coxis adhibebimus:& naribus quidem ea,quæ fœtidissimum odorẽ habent:vtero autem odorata,& ea, quæ laxare ac calefacere possint,medicamenta afferemus. Si vero os ven-
C triculi fuerit imbecille,atq3 ideo animi sequatur defectus,ea,quæ roborandi vim habent,oportet emplastra adhibere, quale est, quod fit ex palmulis,vino, farina hordei,croco, aloe, ac mastiche: madefacere aũt ijs,quæ constant ex absinthio,& oleo melino, & mastichino, & nardo, & cœnanthe,& vino: Et, si ipsum ęstuet, miscere ex refrigerãtibus aliqd, veluti cucurbitæ succum, atq3 lactucæ,& portulacæ,& solani,& sereos, & vuæ acerbæ:hæc quidem non solũ refrigerat,sed etiam astringit. Aqua etiam frigida æstuanti ori ventriculi plerũq3,pdest,si in tempore detur,alioquin plurimum obest. Atq3 ijs,qui ventriculi os imbecillũ habent, vinum calidũ potius oportet exhibere,si nihil sit aliud,quod,phibeat. Plurimũ vero iuuat eos,qui ita laborant,etiam fricatio extremorum. Quòd si ex his remedijs nihil melius se habuerint, exæstuantes qdem q̃ primum ad balneas ducere oportet:qui vero aliquid frigiditatis sentiunt,medicamen diatrion pepereon nominatum,atq3 ipsum piper solum,atq3 absinthium bibãt. Qui vero ex vitiosis humoribus os ventriculi mordicantibus dissoluũtur, hos post aquæ calidæ aut hydrolei potum facuomere: ꝙ si difficulter euomant,prius concalefacere oportet,quæ os ventriculi circumstãt,loca, & manus,& pedes:quòd si neq3 hoc modo possunt euomere,digitos aut pennas demittendo irritare oportet: ꝙ si neq3 sic euomant,rursus his oleum calidum quàm optimũ exhibendum. Solet autem sæpius
D oleum non solum ad vomitum irritare,sed etiam ventrem molliorem facere. est autem & hoc pręsentibus rebus non parum vtile: quare nisi sponte accidat, arte procurandum est: præcipue vero & glandibus suppositis hoc tẽtandum est facere:quòd si ex istis facilius fiat,etiam absinthij comam in melicrato decoquens ad potandum exhibeas,atque deinceps vinum:ac omnibus modis membra oporet corroborare partim ijs,quæ extrinsecus apponuntur, partim absinthij potionibus:non tamen id in principijs faciendũ suadeo,sed postea,quando partes,quæ circa aluum sunt, fuerint expurgatę. Quando vero adhuc humorés in ipsis continẽtur,nõdum adstringere, sed tñ concalefacere(vt antea diximus)cõuenit. Vbi vero multa pituita frigida in ore vẽtriculi fuerit aceruata,fouere qdem plurimum oleo,in quo absinthium ebullierit, postea vero etiã melicratũ exhibere,vel hyssopum,vel aliquid simile infundendo:Dandum etiã oxymeli,aut piper, aut diatrion pepereon,aut diaspoliticon medicamẽ: Et vniuersum victus rationis caput incidendi vim habeat. Quæ vero ex nimia frigiditate veniunt exolutiones,eodẽ modo curãdæ sunt, quo bulimi,omni modo calfaciẽdo:vinũ igitur eis exhibere oportet calida tẽperatum, ac cibos,q calefaciendi naturam habẽt,fricareq3 ac calefacere ad ignẽ simul. Quæ vero ex nimio calore accidũt, ijs,quæ refrigerãdi,ac corroborãdi vim habẽt,curãdę sunt:hę vero maxime eueniunt ijs,q in aere suffocante ac balneo cõmorant̃. Statim igitur ipsos corroborabis, si aqua frigida sparseris,& fla-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

bellaueris ad ventum conuersos,& os ventriculi perfricueris atq; agitaueris, ac postmodum vino cibóq; refeceris. At, qui ob inflammationis magnitudinem, aut vehementis febris malignitatem animi defectum patiuntur,† & in principijs accessionum refrigerantur: his artus fricare fortiter, & calefacere, cruraq; ac manus alligare, ac vigilias, cibiq; & potus omnimodam abstinentiam præcipere oportet. Optimum vero in his, quid futurum sit, præcognoscere, atque hęc ante accessionem facere anticipare. Eos etiam, qui ex siccitate in principijs accessionum syncopam sunt incursuri, optimum est præuidere: nam, si duabus aut tribus horis ante accessionem exhibito cibo, manus ac pedes constringi iusseris, non interibunt. Oportet autem cibos esse concoqui faciles,& ventriculo aptos. Quòd si magnum imminere periculum fueris suspicatus, vinũ dare anticipabis, vinumq; præsertim in alicam elixatam infusum: quòd si aliquid †{ panis loco alicæ exhibueris, idem valebit. At, si mediocris syncopa expectatur, vino parcendum: sufficit enim tunc mala punica, aut pyra, aut poma, vel aliquem alium fructum astringentem cibis admiscere: &, si ad hæc mediocriter tulerint accessionem, cum rursus cibum obtuleris, non erit necessarium fructibus vti. hęc quidem facienda sunt, siquid futurum præuideris. At, qui ex inopinato in periculum inciderint, vinum calidum cum pane est exhibendum, & paululum aliquid cum eo alicæ calidæ. Nam, si ijs, qui ita affecti sunt, amplius obtuleris, aut cibos difficiles concoqui, non modo syncopam patientur, verũetiam penitus strangulabuntur. At, qui animo deficiunt ex membri principalis obstructione, his oxymel dare oportet, atque ex hyssopo, origano, pulegio, & melle potum, cibosq; incidendi naturam habentes: nam crassi ac tenaces magnas in similibus afferunt noxas. Sed neq; deterius fuerit artus perfricare atq; alligare: prodest etiam hisce potibus vti, quæ vrinam ciendi vim habent, veluti qui anethum, & fœniculum, & apium, & petroselinum, & ami, & daucum, & spicam nardi recipiunt: quæ vbi manifeste iuuerint, iam vino vtendum est albo & tenui, non admodum antiquo. Nosces vero huiuscemodi obstructiones cum ex alijs inęqualitatibus pulsuum: tum ex his præcipue, quæ secundum magnitudinem, paruitatem, ac vehementiam, & debilitatem fiunt, vbi syndrome (id est concursus) quam plethoricam vocant, non adsit: nam istius quoq; communes sunt. Fiunt vero & in huiuscemodi dispositionibus, cum vehementes fuerint, pulsus intercidentes. Hæc quidem in libris de pulsibus à nobis latius explicantur. Nunc vero transgrediamur ad eum sermonem, qui superest de reliquis exolutionibus, veluti, quæ ex absessuum disruptione, aut sectione contingunt, aut ex superflua euacuatione in ijs, qui aquam intercutem patiuntur: confestim quidem hi optimis odoribus fouendi sunt, paulopost autem sorbitionibus concoqui facilibus sunt reficiendi. Si vero ob tristitiam, aut gaudiũ, aut timorem, aut iram, aut terrorem exoluantur, odoribus & narium apprehensionibus sunt reuocandi, cogendiq; ad vomitum. Eodem pariter modo, qui ex vulneribus, aut purgationibus, aut doloribus, qui in articulis, neruis,& musculorum tendonibus eueniunt, exoluuntur, statim sunt reuocandi: postmodum vero conueniẽs passioni curatio est afferenda. Animi vero defectus, qui intestini laxioris doloribus, aut ilei, aut similibus vehementibus cruciatibus fiunt, ex patientium locorum concalefactionibus frictionibusq; extremorum præcipue curantur. At, quæ ex propria imbecillitate virium, quæ regunt corpus, eueniunt exolutiones, ex intemperatura videlicet factæ partium, de quibus vires proueniunt, contrarijs curare intẽperaturis oportet: frigidas quidem, concalefacientes: calidas vero, refrigerãtes: atque in alijs eadem ratione. Virtus igitur, quam vitalem vocant, quam ex corde prodeuntem ostendimus, ex pulsuum debilitate cognoscitur: At, quę ex hepate oritur, ac naturalis dicit, ex sanguineis egestiõibus ab initio aquosis atq; tenuibus, postmodum vero crassis ad modum fæcis: At, quæ ex cerebro originem ducit, quam præcipue non nulli animalem appellant, ex motuum voluntariorum imbecillitate deprehenditur. Sed de his quidem dispositionibus proprio tractatu seperatim tibi scribemus: permulta enim ab ipsis medicis sunt prætermissa.

† In principijs accessionum & refrigerantur.

† Al. panis ex alica.

Curatio capitis à varijs causis molestati. CAP. 15.

QVoniam vero sermonem de accidentibus hucusque fecimus, rursus ad primum institutũ redeamus, vnam in omnibus communem intentionem habentes, causas nimirum, à quibus fiunt eorum singula, considerare. hæ siquidem tibi conuenientem curationem indicabunt. Veluti siquis doleat caput, si quidem os ventriculi illi mordeatur,& fastidium sentiat, iubendum est, vt euomat: nam vel bilem euomet, vel pituitam, vel vtrunq;. Quòd si nulla insignis appareat in vẽtriculo passio, considerandum, nunquid multitudo, vel obstructio, aut inflãmatio aliquarum capitis partium adsit: inuenies vero primum quidem, si interrogaueris, nũquid dolor per totum caput extendatur, aut alicui particulæ fortius insideat: deinde nunquid cum grauitate, vel tensione, vel mordicatione, vel pulsu. Nam, qui cum grauitate dolores fiunt, multitudinẽ ostẽdunt: qui autem cum mordicatione, vel vaporis vel humoris acritudinem: cum pulsu vero, inflãmationem. at cum tensione, si quidem sine grauitate ac pulsu, spiritus crudi ac flatuosi multitudo: si vero cum pulsu, corporis membranosi inflammatio: at si grauitas adsit, multitudo intra membranas contenta significatur. Cum igitur omnia distinxeris, causam, ex qua horum singula fiunt, considerare oportebit: illa enim tibi modũ curationis ostendet. Veluti si multitudo vaporis atq; humoris

A humoris contineatur, aduertere oportet, nunquid ob magnitudinem febrium humores diffusi, ac veluti efferuescentes ad caput ascenderint, an propter eius partis imbecillitatem, an ob totius corporis plenitudinem. hanc enim totius corporis euacuationibus haud difficulter curaueris: Eũ vero, qui ex partis imbecillitate contingit, partim quidem in contrarium trahendo per totum corpus, partim ipsi parti remedia adhibendo. In contrarium vero trahes clysteribus acribus, & nexibus,& frictionibus in partibus inferioribus plurimis,&, si expedierit, aliquid etiam sanguinis abducendo. Partem autem sanabis eo tempore, quo ad vniuersum corpus retrahis, ijs vtens perfusionibus, quę à capite vim repellendi habent, ac deinde euacuantibus, postremo vero corroborantibus. Repellit autem oleum, quod omotribes, idest immaturum, nominatur, aut tale aliquid simile,& quod oxyrhodinũ,& rosaceũ vocat, ipsum p seipsum, & quæcũq; ex capitibus papaueris,& teneris oliuę germinibus,& hederæ corymbis, mẽtaq; viridi,& sisymbrio parantur. Vtendum vero ipsis in multitũdine quidẽ crudiore ac frigidiore, tepidis: in calidiore autẽ & biliosiore, frigidis. Euacuat autem atq; dissoluit & oleum calidum ipsum per seipsum, magisq;, si antiquum fuerit, vel sicyonium aut anethum in ipso ebullierit. nam multitudo humorum, qui non admodum sunt crassi atq; tenaces, sufficienter per huiuscemodi euacuatur: Sed,& si spõdylion, vel sercillum intus decoxeris, aut pulegij comam, vel calamenthi, vel mentæ, vel sisymbrij, ita etiam id, quod crassius est, euacuabis. Hæc vero ipsa, virium etiã aliquid membris adijciunt, &, quæ debilia sunt, roborant. Vtendum igitur ipsis deinceps vsq; ad integram sanitatis restitutionem. Et, si oportuerit, per nares etiam & palatum expurgabis:& sternutamenta excitabis. Et, si ad balneas hominem induxeris, siccis sindonibus caput est perfricandum, salq; & nitrum & sinapi sine oleo imponendum. Hæ quidem sunt ex particulæ debilitate doloris capitis medicinę. At, quando ex magnitudine febrium accidit,& medicamenta adhibere est necessarium, frigidæ qualitates ac vires,&, quę ex hydrelæo,& oxyrhodino,& papauerũ capitibus constant, insuliones expediunt.

* Al. affectu.

In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum aut vomitum decretorium significat, nõ sunt re media quærenda. neq; enim accidens quoddam, sed bonum signum potius tale quicq; est existimandum, sicuti & multa alia, quæ ante crises contingunt: quæ plurimis qdem terrorem incutiũt, bonum tamen quoddam ostendunt. Optimum vero est posse dignoscere, vbi corpus perturbatur, natura cum alias excretiones, tum præsertim vomitum, & sanguinis fluxum moliente, quorum inseparabile indicium est capitis dolor. Diximus autem plenius de hisce omnibus alibi: nũc vero, quãtum poterimus, primum seruantes institutum, breuiter de ipsis transigemus. Consi de-

B pillum intus decoxeris, aut pulegij comam, vel calamenthi, vel mentæ, vel sisymbrij, ita etiam id, quod crassius est, euacuabis. Hæc vero ipsa, virium etiã aliquid membris adijciunt, &, quæ debilia sunt, roborant. Vtendum igitur ipsis deinceps vsq; ad integram sanitatis restitutionem. Et, si oportuerit, per nares etiam & palatum expurgabis:& sternutamenta excitabis. Et, si ad balneas hominem induxeris, siccis sindonibus caput est perfricandum, salq; & nitrum & sinapi sine oleo imponendum. Hæ quidem sunt ex particulæ debilitate doloris capitis medicinę. At, quando ex magnitudine febrium accidit,& medicamenta adhibere est necessarium, frigidæ qualitates ac vires,&, quę ex hydrelæo,& oxyrhodino,& papauerũ capitibus constant, insuliones expediunt.

In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum aut vomitum decretorium significat, nõ sunt re media quærenda. neq; enim accidens quoddam, sed bonum signum potius tale quicq; est existimandum, sicuti & multa alia, quæ ante crises contingunt: quæ plurimis qdem terrorem incutiũt, bonum tamen quoddam ostendunt. Optimum vero est posse dignoscere, vbi corpus perturbatur, natura cum alias excretiones, tum præsertim vomitum, & sanguinis fluxum moliente, quorum inseparabile indicium est capitis dolor. Diximus autem plenius de hisce omnibus alibi: nũc vero, quãtum poterimus, primum seruantes institutum, breuiter de ipsis transigemus. Consi de-

C ra igitur primum quidem species febrium, si calidæ sunt atq; vrentes: nam hæ per excretiones iudicari consueuerunt, quemadmodum, quæ molliores sunt ac veluti submẽrsæ, diu durant, & sæpius feruntur in absessus. Secũdo loco, si morbus sit ad salutem decliuis. Quis enim bonã crisim in morbo pernicioso expectauerit? Tertio ad hæc, totius morbi tempus considerandum. si enim principij vel augmenti fuerit signum, nondum autem status neq; cõcoctionis signa apparuerint in vrinis, vel sputis, vel alui excrementis, non expectandum est bonam fieri crisim. Hæc sunt, ex quibus sperauerit quispiam morbum per excretiones crisim habiturum. Eius vero, quod iam instat, neq; iam etiam futurum est, hæc signa sunt. Difficilis quędam tolerantia omnem crisim antecedit, et, si quidem in die crisis esse debet, noctu: si autẽ noctu, in die. Si igitur tale aliquid videas, considerandum est, quotus sit ægritudinis dies. Quidam enim sunt, qui ad crisim apti sunt, paruo etiam motu à natura accepto. Multi vero in magnis motibus nequeunt omnino magnitudinem perturbationis inspicere, nũquid sit secundum diei naturam. Nam septimus dies etiam ex paruo naturæ apparatu ad crisim per euacuationem mouetur. Sextus vero magno apparatu indiget, & sæpe neq; vlla in eo fit crisis: quòd si fiat, neq; sine periculo, neq; fideliter accidit. Sic autem & vnicuique dierum aliorum quædam ineſt propria natura, quam, vbi de diebus decretorijs agitur,

D definiuimus. Age, iam sit dies pro magnitudine perturbationis: Deinde oportet considerare, qualis erit crisis. De alijs igitur nihil impræsentiarũ dicere oportet. At, si vomitus aut sanguinis fluxus ex naribus futurus est (nam huiuscemodi crisibus vnum diximus esse signum, dolorem capitis) ex his maxime distinguere oportet. Primum quidem, si statim ab initio non inuasit, sicut quoddam ægritudinis accidens, sed in perturbatione, quæ ante crisim fit. Secundo loco, etiam si ceruix aliquid compatiatur, & præcordia retracta sint, aut anhelitus difficilis repente

† Al. pulsus subito agitati ac perturbati.

superuenerit, thorace veluti angustiore facto. Si enim post hæc omnia † pulsus in tumorem subito elati non reciderint in paruitatem, neque debiles facti fuerint, statim crisis expectanda est. Si vero non modo non deciderint, sed etiam in altum attollantur,& vehementiam assumpserint, iam faciẽ ægrotãtis inspicere oportet. Nã, si aliqua ijs, quę in ipsa sunt, partibus palpitet, aut venæ, quæ sunt in temporibus, pulsent, aut genę, vel nasus, vel oculus rubidior factus fuerit: magis etiã crisis expectanda est. Si vero & inuiti lachryment, aut splendores videre imaginentur, ac manus naribus veluti scalpentes admoueant, tunc nõ iam fluxurum, sed iam fluẽtem sanguinem inspicies: nam, vbi semel aũt bis scalpserint, statim erũpit. Neq; vero ex his perterrearis, si hominem desipientem, aut resilientẽ inspexeris. Nam & hæc humorum repentiũ ad partes superiores indicia sunt, quemadmodum & anhelitus difficilis,& præcordia retracta,& collum simul cum capite

aggrauatum. At tibi vnà cum his indicio etiam sit desipientia. Et hæc quidē sufficere signa pos- E
sunt. Sed accedit quandoq; & ægrotantis ætas, & natura, quæ spem magis confirmat, ac præterea
anni tempus, & præsens constitutio. Nā, si ægrotus fuerit adolescēs, aut alioquin natura calidus,
aut multo sanguine abundauerit, magis adhuc de hoc sperandum erit: &, si etiā sępius antea, dum
sanus esset aut ægrotaret, sanguis ex naribus fluere visus est, hoc vel solum sufficit fluxus sanguinis spem afferre. Si vero & tempus anni æstatem videris, vel non quidem æstatē, alioquin tñ calidam præsentem constitutionem, non'ne ex his aliquam indicationē assumemus? Quòd si & plures eo tempore crisim ex sanguinis fluxu habuerint, & hoc tibi spem vehementius augebit: & si
corpus plethoricum extiterit, & consuetæ excretiones fuerint retentæ. Mihi quidem nō mō non
videtur difficile eū, qui tot & talia habuerit indicia, futuri sanguinis fluxus præcognoscere: verū
ēt absurdum & magnæ imperitiæ, non præcognoscere. Nostri vero temporis medicorum indi-
ligentia ea admiratur, quæ admiratione digna non sunt. Nam, siue ex dextra nare, siue ex sinistra
fluxus sit sanguis, nihil difficile ex nuper dictis prænoscere: plures vero medicorum hoc non solū
difficile, sed neque omnino possibile existimant. Tametsi has & alias excretiones omnes præno-
scere licet, si hæc duo tantum considerauerimus, & vnde naturæ motus agatur, & in quā partem. F
Nam, & quę deficiunt adiuuabimus, & quæ immoderate ferūtur coercebimus, si ista nouerimus:
Veluti, verbi gratia, sanguinis fluxus ex splene, magnæ cucurbitæ sinistris præcordijs suppositæ
facile retrahunt: at, qui ex hepate prodeunt, dextris: &, qui ab alijs membris, eadem ratione. Nam
ex vno de omnibus colligere poteris, vniuersale contemplando. Quare & ego hoc in loco præ-
sentem finiam sermonem: Deinceps autem de febribus, quæ ex inflammationibus accidunt, tibi
transigam, deq; alijs passionibus, quæ in singulis partibus corporis constituuntur. Phlegmonæ
autem, idest inflammationes, à veteribus vocabantur, quæ sunt veluti phlogωσις, idest inflammi-
na, vel incensiones: à iunioribus autem non omnes. Neque enim herpetas, neque erysipelata, ne-
que tale aliquid quicq̄ inflammationibus annumerant: sed vni tm̄ affectui ex calidis, qui fit cum
tumore duro atque dolore pulsatili, hoc nomen accommodant. Non tñ ad hunc solum febres &
dolores sequi videmus, sed ad omnes simpliciter calidas, ac veluti efferuescētes passiones. De his
igitur, atque alijs similibus morbis sequenti libro verba faciemus.

GAL. DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM

LIBER SECVNDVS. G

ARGVMENTVM LIBRI.

Ratio curandi omnes præter naturam affectus, qui communi nomine inflammationes dicuntur.

De generibus, ac differentijs inflammationum. CAP. I.

DE his autem, quæ in singulis corporis partibus fiunt passiones, ò Glauco, deinceps dicemus, ab inflammatione incipiētes. Etenim sæpius hæc fit, plurimasq; habet differētias, ex quibus oībus solent febres contingere. Cōmunis igitur in oībus īmoderata caliditas, & veluti phlogωsis, idest inflāmen, vnde & phlegmones. i. inflāmationis, nomen de ipsis afferre antiqui consueuerunt. Propriā autē in singulis differentiam inuenies, ex qua eius speciem agnosces, & conuenientem assequeris curationē. Aliter. n. qui herpetes, aliter, quæ erysipelata, atq; ali- H
ter, quæ phygethla vocantur, ac reliquas inflāmationis species curabis. itaq; hoc ēt in loco antecedit ea facultas, qua possumus recte agnoscere passiones. Tibiq; hoc primum conabor scribere, omnes ab initio distinguens inflammationum differentias. Prima igitur inflāmationis differentia est, secundum quam hanc quidē humidam, hanc vero siccam esse contingit: humidam quidē, quæ ex calida fluxione mēbrum occupāte contingit: siccam vero, qñ nullo humore influente calor naturalis ignescit. Hoc autē vsq; ad aliquid quidem veluti febris est membri: cum vero iam ad immoderatam caliditatem ac siccitatem peruenerit, corruptio atque extinctio omnimoda fit. Quare neq; in plura secari potest, quemadmodum differentia altera, secundum quam quosdam influere humores particulæ dicebamus. Multæ enim sunt huius species: nam fluente sanguine altera: flaua bile altera: ambobusq; simul humoribus alia tertia. Et quidem in earum singulis vel iam putruit id, quod influit, aut in membro constrictum putrescit: & vel crassum est, vel tenue: & vel optimum, vel acre. Sanguine igitur optimo ac mediocrem crassitudinem obtinente ad particulam aliquam vniuersim fluente, atque ob multitudinem conculcato, vehemens dolor arripit hominem, nisi membrum sensum omnino hebetem habuerit: pulsusq; in profundo molestus accidit, tendiq; omnino ac cōtundi membrum apparet, & vehementem calorem persentit adeo,

vt comburi

A vt comburi videatur, & refrigerari desideret: talisq; rubor per summa viget, qualis ex balneis aduenit, aut ex igne, aut quouis alio modo calefactis. Hæc quidem passio totius generis nomen accipit, atq; Inflammatio nominatur, sicut multę aliæ species nomen generis accipiunt: fitq; assidue ex omni ferè occasione. Nā & vulneribus, & cōtusionibus, & contusionibus, & disruptionibus, & defatigationibus ob exercitationem, & exarticulationibus, atq; fracturis, & spontaneis vlceribus aduenit: & præter hæc omnia, quando ad immoderatam humorum repletionem venæ pertingunt, tunc superfluum effundunt ad aliquam partem, quæ eo tempore recipere apta sit. Omnino autem hęc reliquis omnibus est imbecillior, vel rarior, aut ad attrahendum paratior, vel immobilior, quacunq; causa fuerit ad has perducta dispositiones. Neque enim de hoc dicere propositum. Flaua vero bilis, quando sui seruans naturam vnà cum sanguine per totum corpus defertur, morbum facit, qui icteros, id est regius, appellatur. Sola vero, quando secreta est, & in aliquo membro consistit, Herpes vocatur. Si quidem crassa sit secundum substantiam, totam exulcerat cutem vsq; ad carnem suppositam: atq; hunc affectum Hippocrates nominat herpetem exedentem: Si vero tenuior fuerit, id, quod in superficie est, tantum veluti deurit: atq; hæc species generis sortitur appellationem, cum simpliciter & sine additione Herpes vocetur. Nam ex duabus
B alijs speciebus, quę quidē nuper dicta est, Herpes exedēs nominatur: reliqua vero altera, miliaris, quoniam in hoc affectu pustulæ paruæ ac multæ per summam cutem similes milijs excitantur. fit autem Herpes huiusce modi ex bile quidem & ipse, sed minus calida & acri, quàm sint priores. Quòd si ex sanguine & flaua bile calidioribus, quàm oporteat, mista fluxio fuerit, vel ex sanguine quidem, sed feruescente et tenuissimo secundum substantiam, Erysipelas passio vocatur, multo inflammatione calidior, magisq; colorem flauum repræsentans: Et, si tetigeris, facile sanguis subterfugit, rursusq; illabitur exquisite tenuis, & aspectu rubidus: Non tamē dolet hoc, veluti in flammatio, neq;, vt aliqua inflammatiōis species, pulsum, aut compressionem, aut tentionem inuehit similem: sed quandoq; valde parum infestat, ac tum præsertim, quādo per solam cutem diffusum fuerit, nihil inferiorem carnem molestās. & tale sępius accidit, atq; hoc est exquisitum erysipelas. Quemadmodum, quod attingit inferiorem carnem: neq; ex vere tenui fluxione cōsistit, neq; tantum est erysipelas, sed iam dispositio permista ex erysipelate atq; inflammatione. Exuperant autem in ipsa quandoq; propria erysipelatis accidentia, atq; hic affectus à iunioribus medicis erysipelas inflammationis participans nominatur: non nunquam vero inflammationis, & tūc ipsum nominant inflammationem erysipelatis participantem. Quòd si neutrius accidentia ma-
C nifeste obtinuerint, sed æqualia apparuerint: tunc erysipelas atq; inflammatio misceri dicuntur. Exquisitum igitur erysipelas cutis solius passio est, non tamen ipsa inflammatio partium tantum cuti subiectarum, sed harum quidem præcipue, non nunquam vero etiam cutis; & est ipsa quidē dolorem afferens nihilominus, quàm altera, pulsus tamen ei deficit. Cum vero sanguis influēs calidus sufficienter extiterit & crassus, quodcunque membrorum subito occupauerit, hoc comburendo facit vlcus cum crusta: quicquid vero circumiacet, in inflammationem leuat, efferuescētem grauiterq; dolentem: vocatur autem Carbo huiusce modi passio. Cum vero sanguis influens niger extiterit crassusq;, ac fæculentus, ac feruens, qualis, quem antea diximus: simul autem & sanies non nullas tenues admistas habuerit, pustulas quasdam per summa cutis excitat, similes ijs, quæ ex igne fiunt, quibus disruptis crustosum sub ipsis vlcus inuenitur: hocq; etiam Carbo est.
Inflammationis quidem species tot sunt secundum ipsam passionis diuisæ naturam. Multas vero quispiam prætermissas putaret, deceptus multitudine nominum, veluti à Græcis Bubonas, phymata, phygethla, ophthalmias, peripneumonias, pleuritidas, & multa alia similibus appellationibus dicta: hęc enim omnia inflammationes quædam sunt, in prioribus comprehensæ speciebus. Singula vero diuersa sunt sortita nomina, quoniam, qui primi ea imposuerunt, vno nomi-
D ne & passionis ipsius, & patientis particulæ compositam intelligentiam interpretari voluerunt: Sūt enim bubon, phyma, & phygethlon, partium laxarum (quas glandulas, idest adenas, vocant) passiones: Bubon quidem inflammatio: Phyma autem, quod statim augetur, atq; ad suppurationem festinat: Phygethlon autem est id, quod erysipelas particeps inflammationis, aut inflammatio erysipelatis nominatur: Sic autem & Ophthalmia eius membranæ, quæ corneæ inhæret, est inflammatio: Pleuritis autem eius, quæ latera succingit: Synanche autem faucium: Peripneumonia vero pulmonis: eademq; in singulis ratione. Eas igitur, quæ sunt in partibus apparentibus inflammationes, promptum est cognoscere: quę autem in occultis, & febres afferunt omnino, non æque discernuntur. At mihi videtur mente egere perspicaci eiusmodi agnitio, ac præterea peritia naturæ membrorū, quam ex sectione simul & exquisita scie. tia operationumq; atque vsuum comparamus. De his quidem in alijs tractatibus diximus. Nūc vero non datur de his sermonem adiungere, quando tibi repente peregrinandi necessitas ingruat. Quo pacto vero quispiam eas optime curet inflammationes, quę in apertis partibus constant: hoc tibi primū tranligere satago, principium sumens ab ea passione, quæ plurimum fit, atq; idcirco totius generis affert appellationem: In qua hoc in primis considerandum existimo, quod & in alijs omnibus magnam vim habet, vt morbi causam inueniamus.

De causis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

De causis inflammationum, ac de communibus indicationibus illarum curandarum. CAP. 2. E

EST igitur vna quædam apparentium inflammationum causa, quæ non admodum occulta est, quæ Fluxio appellatur, nisi quãdoq; illis coniũgatur, quæ aliqua alia ex causa euidenti factæ videntur: quando enim nulla ex his præcedente membrum confestim patitur inflammationem, ea, quæ hanc passionem causa generat, Rheuma, id est fluxio, vocatur: ipsa vero passio, dispositio rheumatica. Oportetq; in his inflammationibus principia curationum optima fieri: nam, quæ in ipsis errata contingunt, difficulter sanabiles, aut omnino insanabiles faciunt dispositiones. Sunt autem hæc duo maxima errata, si nulla de toto corpore prouidentia habeatur: & si calefiat atque humectetur etiam membrum. Hæc vero duo medicorum pleriq; delinquunt, non nulli quidem à Methodicorum hæresi persuasi, & inflammationes omnes esse passiones astrictas existimantes, quas elaxare oporteat. Sunt vero quidam, qui sine ratione atq; vlla consideratione istos sequuntur, vnam excusationem ad male agendum habentes, cum multis delinquere. Sed neq; ex Dogmaticis medicis quispiam, neq; ex Empiricis ita sensit: sed, quod & ratio et experientia suadet, totum quidem corpus euacuare congruis euacuationibus consulunt: Ipsam vero inflammatã partem perfundere ac superlinire eis, quæ id, quod influit, repellendi vim habent: id vero, quod in membro patiente continetur, euacuandi, vim autem ac robur adiungendi ijs, quæ iã affectæ sunt, F partibus. Ad quæ vero inspicientes oporteat euacuare, iam & antea diximus: sed & nunc breuiter commemorabimus, vt in sequentibus memoria seruata, non sit necessarium in singulis passionibus eas, quæ euacuationes indicant, audire intentiones. Ætatem igitur, & tempus anni, & regionem, & præsentem constitutionem, et eius, qui afficitur, robur, habitumq;, et consuetudinem, atq; ipsam ægritudinis naturam diximus considerandam: Ex his enim, quando euacuare, vel non euacuare oportet, & vnde, & quomodo, inuenitur: Veluti in ea, de qua nunc agitur, dispositiõe, ad genu fluxus deferatur, atq; hoc subito plurimum attollatur: tibi vero totum corpus plenum sanguine appareat, & valida laborantis vis, tempus autem anni sit ver, regio temperata, æger vero sit adolescens aut iuuenis: is sanguinis euacuatiõe ex superioribus partibus indiget, oportetq; incidere eius in cubito venam, aut scilicet interiorem, aut mediam: Si vero aliqua pars superior pateretur, per inferiora sanguis est educendus, (Semper enim fluxionis motum ad contrarium trahere expedit) atq; emplastrum apponendum est ex semperuiuo & corticibus malorum punicorum in vino decoctis, & rhu, & farina hordei compositum: hoc.n. in talibus optimum est, atq; ad omnia, quę facere intendimus efficax: repellit enim id, quod influit, atq; id, quod cõtinet, exiccat, & membra circunstantia corroborat: milleq; alia medicamina eodem modo cõponere licet, G quorum compositiõis viam ac modum in libris de medicaminibus didicisti. Vnde ego quoq; in singulis vnum aliquod tibi subijciam, futurum tibi & monumentum, & exemplum eius, quæ in alijs est, facultatis. Si quidem non admodum doleant, talibus vtendum est: cum magno autem dolore fluxu incidente non sic oportet, neq; aquam calidam, neq; oleum, neq; farinæ triticeæ cataplasmata afferre: hæc enim omnia dispositionibus rheumaticis aduersantur, quanuis ab initio aliquid iuuare videantur. Sufficit autem in huiusce modi affectibus vehementiam doloris mitigare aliquo ex his, quæ ex passo, & oleo rosaceo, & pauca cera, quæ in vtroq; sit liquefacta, cõficiuntur. Oportet autem hæc lanis excipere sordidis, quæ plurimum œsipi habeant, & æstate quidem frigida, hyeme autem tepida apponere: Sic etiam cataplasmata ex arnoglosso, lente, pane, & rosaceo oleo adhibere: paulo autem supra patientes particulas apponere spongiam vino acerbo intinctã, aut aqua frigida: melius vero fuerit, si parum aliquid aceti adiungatur. Quòd si hæc cura insigniter profuerit, neq; alicubi pus se ostenderit, emplastris, quæ ad fluxionem mollia parantur, est vtẽdum. Optima vero ex ijs sunt, quæ exiccandi & repellendi, quod fluit sanguinis, sine dolore vim habent: quemadmodum ea, quæ vehementer intendunt, atq; idcirco dolorem afferunt. plus doloribus obsunt, quàm exiccando proficiunt. Tale igitur oportet esse medicamen, quale nobis in H vsu est, quod ex chalcite constat oleo rosaceo dissolutum: si vero lanam mundam vino acerbo madefeceris, & exterius apposueris, plus iuueris. Quòd si pus se in particula ostenderit, cataplasma imponere oportet semel aut bis: plus vero in præsentibus iuuat farina hordeacea: adiungendum tamen in his aliquid vel aceti vel vini. Et post, quàm secueris, & pus euacuaueris, cauendum est deinceps, ne oleum aut aquam imponas: Et, siquando vulnus abluere, aut abstergere oporteat, melicrato vel oxycrato & vino er mulso vtendum. Superponendum vero, si adhuc inflammetur, ex lente cataplasma: Si vero sine inflammatione fuerit, aliquod ex his medicamentis, quæ emplastica vocantur: quibus in huiusce modi sectionibus vti cõsueuimus, & præcipue eo, quod ex chalcite constat: Apponenda vero super hæc extrinsecus spongia aut lana vino acerbo perfusa: q; si acerbum non affuerit, tanto aceti aqua temperanda est, vt adhuc potari possit, atq; hac intingere oportet. Sunt vero & ad hoc opportuna ea vina, quæ aliquid aquæ marinæ recipiunt: & tu quoq;, vbi sit opportunum, potes conficere permiscendo sal ei, quod affuerit. Vulneri autem nullum ex medicamentis, quæ oleosa sunt, apponendum, quale est macedonicum, & quod tetrapharmacum nominatur: nam exquisite exiccare expedit. Ita quidem sanare oportet, quę ex fluxione fiũt, inflammationes. Quæ vero alia ex causa fiunt, humectare & calefacere nihil prohibet. Et, si ad

suppurationem

A suppurationem perducere volueris, cataplasma ex farina triticea, quæ in oleo atque aqua ebullierit, apponendum. Et, siquando scarificare oportuerit, neq; hoc verendum est. Si vero eas, quæ ex fluxionibus fiunt, inflammationes scarificaueris, magnum afferes malum, ac per initia præsertim. Nam, quæcunq; ex ipsis longioris temporis existentes, post totius corporis euacuationem, atque aliam opportunam curationem, quasdam durities atque nigrities in membris habent derelictas, his sanguinem auferre nihil absurdum est: neq; enim amplius hæ inflammationes existimandæ sunt, sicuti neq; erysipelas, quod iam liuidũ est. Etenim & hoc per initia quidem infrigidãdum est, tunc præsertim, cum sine manifesta occasione factum fuerit: quãdo vero iam illi deerit feruor, & scarificare conuenit, atq; emplastrum ex farina hordeacea calida, & ceratum, & aliud aliquod medicamen ex dissoluentibus apponendum: non tamen ex vena in talibus sanguinem mittere necesse est, sed ventrem tantummodo expurgare sufficit: dandum autem medicamen, quod bilẽ flauam educat. Si vero passio parua fuerit, neq; hoc facere est necessarium, sed sufficit clystere acri vti. Quæ vero ex vlceribus fiunt erysipelata, & quæcunq; adeo manifestas causas habent: si statim volueris cataplasma apponere ex farina hordeacea, & præsertim si antea scarificaueris, nihil nocebis. Inflammationibus vero, quæ cum erysipelate coniunctæ sunt, & erysipelatis cum inflã-
B matione iunctis, mista, quantum fieri potest, curatio est adhibenda, semperq; illi, quod magis superat, resistendum. Et eorum quoq;, quæ Bubones, & Phymata, & Phygethla à Græcis dicuntur, similem ijs, quæ in alijs partibus similes accidunt dispositiones, curationem oportet adhibere, præterquam in partibus, quæ acriora medicamẽta in eisdem affectibus possunt tolerare, quẽadmodum laxiores partes, quas adenas vocant. Herpetas autem, quantum ad totius corporis euacuationem attinet, vt erysipelata, curare oportet: quantum vero ad patientem particulam, nõ omnibus similis curatio adhibetur. Nam, qui exedentes sunt, refrigerari quidem desiderant similiter alijs herpetibus & erysipelatis, non tamen ea ferunt medicamenta, quæ præter id, quod refrigerant, etiam humectare natura apta sunt, sed sola admittunt refrigerantia, quæ etiam maxime possunt exiccare. Non igitur vel lactucam, vel polygonum, neq; ex stagnis lentem, aut palustrẽ lotum, vel anthylion, vel pylion, vel portulacam, vel serin, vel semperuiuã, vel tale aliquid, quod refrigerare possit atq; humectare, apponere oportet, quæ erysipelatibus erant opportuna: neque vnquam spongiæ fidas frigida aqua perfusæ, neq; solano, quãuis refrigerandi atq; vnà exiccandi vim habet, sed mediocrem. Cum igitur maiorem, quàm solano adsit, expetunt siccitatem, superimponere ipsis oportet ab initio quidem ex vite capreolos, & folia rubi, & rubi canini, & arno-
C glossi. Post hæc vero & lens adiungenda, si oporteat, & aliquando mel, & farina hordeacea, &, quod antea scripsimus ad inflammationes, quæ ex fluxione eueniunt, cataplasma, dempta ab eo semperuiua. Ipsa vero loca exulcerata inunge medicamentis, quæ ad herpetas in libris, qui Pharmaceutici dicuntur, scripta sunt. Multa vero huiusmodi apud omnes inueniuntur, plurimaq; ex his ad figuram paruorum circulorum formantur, &, vbi vti volueris, ex passo liquefacere oportet: quòd si passum nõ affuerit, vino tenui & albo & subadstringente, quale est Falernum, et Massilioticum, & Sabinum, & Adrianum, & Arsyinum, vtendum est. Cauendum tamen, ne ob antiquitatem, aliquam contraxerit in gustu acritudinem: et, si posca aquosa loco horũ aliquando vsus fueris, nil deterius feceris. Iam vero in longum tempus protractis vlceribus, neque passo circuli parui sunt diluendi, neq; posca adhuc aquosa sit: & vina, quę sunt adstringentia, sufficienter conueniunt, præcipue quidem nigra: &, si ea non affuerint, alba. Medicamina autem in hoc tempore ipsis præcipue sunt accommodata, & quod Polyidæ vocatur, & Pasionis, & Musæ, & Andronis, & quæcunq; alia his similia sunt. Herpetas vero, qui summa tantummodo exulcerant, nisi diu perduraverint, nullo horum inunguere oportet, † {comburunt enim fortiter,} & vehemẽter exiccant. Verum istis sufficiunt, quæcunque vim glaucij habent, medicamenta, diluere autem maxi-
D me quidem aqua: quòd si nil profecerit, etiam acetum adiungere oportet: quòd si etiã solani succo intinxeris, aut arnoglossi, plus etiam proficies. Summatim vero hæc te cognoscere oportet, quòd omne vlcus, siue sponte, siue ex accidenti, siue ex vulnere factum fuerit, exiccari desiderat, medicamento (vt inquit Hippocrates) non aspẽro, hoc est, non mordente, neque vehementer irritante, præterquam vbi malignum & cum putrilagine fuerit: talia enim acriora expetunt medicamina, & quæ ignis vires habent, quale est misy, & chalcitis, & arsenicũ, & calx, & sandaracha: etenim non aliter, quàm ignis, adurũt medicamenta huiusce modi: sæpius vero, vbi ista cesserint, ipsum ignẽ adhibemus. Quapropter & his, qui Carbones appellantur, super ipsam crustã, vbi præcipue particula putrefit, huiusce modi medicamentorum natura est conueniens: Non tamen loca circũiacentia tangere expedit, ne te ipsum lateas ea exulcerans, quæ minime expedit, sed antedictis circulis paruis vtendum est, qualis est, qui Andronius nominatur. Si quando vero rubor inualuerit, & multa phlogωsis, id est inflammen, medicamentum passo diluendum, vel arnoglossi succo. Si vero magnus sit tumor, vino quidem acerbo in principio, postmodum vero & aceto. Cataplasma ẽt ex orobi farina & oxymelite confectum apponẽdum: atque ante hæc statim ab initio tantum sanguinis auferendum, quantum sufficit, nisi aliud prohibuerit. Hæ quidem sunt passionum per genera curationes: Quæ pro naturæ instrumentorum patientium varietate

mutantur.

† In codic. A. Græc. legitur ἐστι γὰρ ἰσχνοτ. i. sunt enim fortia.

*περισκελῶ.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

mutantur. Quatuor vero sunt ab his indicationes, ab eorum tẽperatura, à formatione, à situ, atq; E
à virtute. A Temperatura quidem, si non nulla quidem ex ipsis natura sicciora sunt, non nulla autem humidiora: quædam frigidiora, quædam calidiora existunt: Et secundum coniugationem humidiora ac calidiora, vel humidiora & frigidiora, vel sicciora & calidiora, vel sicciora atq; frigidiora, aut ex toto temperata: oportetq; in curationibus intentionem haberi ad membri naturam: hæc enim, quousq; infrigidandum aut exiccandum sit, docet. Nam, si carnosæ partes inflammationem patiuntur, paulum exiccandæ sunt: venosæ quoq;, quanuis sint carnosis sicciores, non tamẽ & ipsæ multum exiccari desiderant. Sed, quęcunq; natura arteriosæ sunt, magis venosis sunt exicandę, atq; his amplius neruosæ, & multo magis his chartilaginosæ & osseæ. Nam prius, quàm ad propriam naturam particula redeat, nondum curationi impositum esse finem arbitrandum. Ad sicciorem vero temperaturam reducunt, quæ natura sicciora sunt: & ad frigidiorem, quæ frigidiora: & secundum alias qualitates eodem modo: ad mediocrem vero referunt, quæ sunt in singulis mediocria. Sic quidem partium temperaturæ passionum variant curationes. At Formationes hoc modo: nam quædam ex ipsis intus habent spaciositates, quædam extrinsecus, quędam vtrinq;, quædam neutra parte. Velut ex simplicibus arteriæ ac venæ & nerui. quæ quidẽ sunt in artubus seu mẽbris extremis, q̃ græce κῶλα dicũtur, ⸗qualia sunt crura atq; brachia,⸗ intus: q̃ vero F
intra pitoneũ, vtrinq;. Nerui aũt, qui in dictis membris extremis sunt, neutra parte: qui vero intra peritonæum, ex altera parte. Viscеribus autem ferè omnibus intrinsecus atque extrinsecus sunt magnæ spaciositates: ac præterea caro ipsa, pulmonis quidem, spongiosa: contra vero renum, densissima: & post hanc, hepatis caro: splenis vero caro, quanto densior est carne pulmonis, tanto hepatis carne rarior. In omnibus igitur his, quæ neutra ex parte habẽt cauitates, quæ superfluum fluxum excipiant, fortiter exiccare oportet, quanuis non fuerint natura sicciores, sicuti nerui, & præcipue illi, qui sunt in artubus. Sed, quæ intus & extra aliquid inflammationis possunt relaxare, non multum huiusce modi fortiter exiccantibus egent, si præsertim laxam carnem habuerint, quemadmodum pulmo. At ex Positu indicatio, neq; ipsa negligenda est: nam, per quæ euacuare oporteat, atq; quomodo, ipsa præcipue demõstrat. Fluentiũ igitur adhuc humorũ, Antispasis, id est retractio, sic enim Hippocrates nominat: eorum autem, qui iam membrum obsederunt, Deriuatio medela est. Vtrunq; autem euacuationis genus per communes venas fieri præcipit. Veluti in locis muliebribus in contrarium trahes, si eas, quæ in cubito sunt, secueris venas, aut iuxta mammas cucurbitas apposueris, vel manus concalefeceris, & fricueris atq; alligaueris: Deriuabis autem, si eas, quæ in poplitibus, aut talis sunt, venas diuiseris, & cucurbitas coxis applicueris, G
& crura calefeceris, ac perfricueris, atq; alligaueris. Et, si quidem in parte dextra locorum muliebrium passio fuerit, à dextra manu, aut crure detraxeris sanguinem: si vero in sinistra, à membris, quæ illi è directo sunt. Quod enim ab ipso Hippocrate Cat'ixin, dicitur, hoc ipsum est, secundum rectitudinẽm. Interiores autem venas incidere oportet: hæ enim viciniores magisq; è directo * Al. æqualitatem.
sunt patientibus membris. Nam, si splene inflammationem patiente, sanguinem vis euacuare, interiores in manu sinistra venas secato: & si hepate, eadem ratiõe in dextra. Siquid vero ex superioribus inflammationem habuerit, veluti in his affectibus, quos Græci synanchas & ophthalmias vocant, & quicunq; alij capiti aduenerint, eas, quæ extrinsecus sunt, atque è directo. Patientibus vero membris extremis, à coniugibus euacuatio facienda est, siue retrahere velis, siue deriuare, præterquam vbi passio sit inueterata: tunc enim à membro ipso patiẽte detrahimus. Sic igitur in synanchicis eas, quæ sub lingua sunt, venas incidimus, quando iam totum corpus vacuum se nobis obtulerit, passio vero sit diuturna. Sic & hepati & spleni cucurbitulas applicamus: sic & aliud quodlibet patiens membrum scarificamus, si non amplius humores influant (tunc enim magis irritaueris, ac malum duplicaueris) sed quando iam totum corpus expurgatum fuerit, neque iam aliquid influit, aliquid vero, quod pridem influxerat, in membro contineatur. Et quidem laborã- H
tibus gibbis hepatis partibus, quod per vrinam trahere oporteat: concauis autem per excretionem inferiorem, situs ipse visceris indicat: atq; etiam thoracem & pulmonem per tusses expurgare: ventriculum autem & stomachum per vomitus: intestina autem per inferiores excretiones: quemadmodum & splenem & renes per vrinas: locos autem muliebres per menstrua: cerebrum autem atq; eius membranas per palatum, & gargareonem, & nares, & aures. Sed, quòd & ijs, quę in superficie sunt, partibus talia medicamenta apponere oporteat, qualibus eget passio: ijs vero, quæ in profundo sunt, & quas per multa interposita debent eorum virtutes attingere, non qualia nunc sint, sed qualia futura sint, ex situ membrorum agnoscimus. Quare, siue medicamentum est ex ijs, quæ extrinsecus apponuntur: siue ex ijs, quę comeduntur, aut bibuntur, non præsens eius vis consideranda est, sed qualẽ obtinebit, quando ad membrũ affectum peruenerit. Ob hæc igitur, quæcunq; in pulmonis inflammationibus extrinsecus thoraci applicantur medicamenta, valde fortiora atq; acriora natura sunt, quàm si ipsa visceri patienti apponerentur. Quod enim p multorum corporum media ipsi membro patienti est occursurum, omnino exoluitur, & viribus deficit, si ab initio fuerit imbecille. Tm̃ igitur aduentitij roboris adiungere oportet, quantum in transitu amittitur, vt, quod relinquit, ęquale remaneat ei, quod tactu iuuat. Ob id igitur in thoracis

Acis inflammationibus, quæ in parte summa cõsistunt, ea, quę solum elaxare possunt, sufficiũt: Intrinsecus autem, sicuti in membrana succingente, acriora sunt necessaria. Et de splene etiam, atq; hepate, omnibusq; viscеribus intra peritonæum ratio eadem. Sępius enim ex medicamentis impositis vlceratur cutis, quanuis durior minusq; ad patiendum habilis, quàm viscera. Et, si ipsis viscеribus medicamenta applicare possemus, quibus subinde indigent, tanto molliora esse oporteret, quanto & ipsorum natura facilior affici. Et quidem omnia, quæ comedere vel bibere iubent, medicamenta viscerum passionibus opitulantia, hæc multo acriora ac potentiora viribus esse cõuenit præ his, quibus indigent membra morbis affecta: exceptis illis, quæ & ventriculo & stomacho auxiliantur: hæc enim sola talia exhibentur, qualia à passionibus exiguntur: reliqua vero omnia acriora, ac viribus potentiora sunt, eaq; præsertim, quæ vel renum, vel pulmonis occasione dãtur. Considera itaque, quot numero partes pertransire oporteat id medicamen, quod ad pulmonem sit peruenturum: primum quidem os, & fauces, & stomachum: deinde & ventriculũ ipsum, & quædam ex tenuioribus intestinis: deinde eas, quæ sunt in mesenterio, venas: deinde eas, quæ in cauis partibus hepatis: ex quibus ad eas, quæ in gibbis sunt, transumptum, hinc ad concauam peruenit venam: post quam ad cor: deinceps hoc modo ad pulmonem. Neque negare possumus,
B quin in singulis partibus his, quibusdam admisceatur humoribus, ac quandam trãsmutationem, atq; alterationem pro natura viscеris capiat: quære, quod de eius virtute relinquitur, minus omni no est atq; imbecillius, quàm vt membrum affectum iuuare possit. Quæ igitur à situ partium indicatio sumitur, tantum curationem euariat: Quæ vero à Virtute, quantum nũc dicturus sum. Quoniam ex partibus corporis non nullæ ab influentibus virtutibus gubernantur: quædam vero à proprijs atq; natiuis: atq; ex his ipsis quædam sibi duntaxat, quædam etiam alijs fons & origo sunt quarundam virtutum: & aliæ quidem opus habent peculiare, aliæ autem commune: permutare opus est curationis formam pro ratione earum, quas diximus, differentiarum. Nam plera
† Nõ est in antiquis. que ex remedijs ijs, †⸗quæ antea memorauimus,⸗ morbum quidem finiunt, sed natiuas membro rum virtutes offendunt, quæ quidem offensio ad totum corpus pertinet: Quod dupliciter fit, qua tenus aut viscus illud alicuius virtutis est origo omnibus partibus communicatę, aut ipsius opus toti corpori vtile est. Hepar enim, cor, cerebrum, & testes communia vniuerso corpori principia sunt virtutum: Vẽtriculo autem, atq; locis muliebribus propriæ insunt virtutes nulli alteri parti communes. opus tamen ventriculi quidem toti corpori confert, locorum muliebrium autem nequaquam. Nocet autem sæpius passionis curatio membri patientis virtuti. Quæ enim immode
C rate laxant, soluunt robur, quare & membri virtutem: quæ autem supra modum refrigerant, natiuum calorem extingunt, qui fortassis (vt non nulli arbitrãtur philosophi ac medici summi) substantia virtutum existit: &, si non hoc, saltem primum & maxime necessarium ipsarum instrumẽtum. Iam vero & qualitates quædam extraneæ virtutes dissoluere possunt. Nihil igitur horum in curationibus præterire oportet, ne nosmetipsos lateamus, in eum incidentes sermonem: Morbus quidem curatus est, homo autem obijt. quod à quamplurimis quotidie factitari videmus, q irrationalem experientiam colunt, atq; hęresim methodicam, omnia artis bona destruentem, quę rationes quasdam dogmaticas quidem, sed multis erroribus plenas, cõsectatur. In indicatione autem, quæ habetur ex virtute partium, quispiam etiam reponeret & Facilitatem & Difficultatẽ ad sentiendum. Nam, quæ facile sentiunt, acria medicamenta non tolerant, sicuti neq; etiã humores. Nam, cum acris humor in ventriculi ore continetur, sæpius syncopa corripiuntur. Quòd si mediocris sit affectus, anxietatem & nauseam habent, & non nunquam humorem, quo infestantur, euomunt: non nunquam vero frustra agitantur, hocq; in illis affectibus accidit, in quibus in ore ventriculi vitiatus humor imbibitur. Eodem pariter modo, cum ad oculos huiusmodi defluxerit humor, maximum affert dolorem, & pustulas vlcerosas, quæ difficulter curationem reci-
D piunt, excitat. Sic quoq; rursus oculi ipsi ob eam, quam habent ad sentiendum facilitatem, tolerare non possunt acrium medicamentorum vicinìam, quemadmodum neque etiam ventriculi os: quinimmo nec aliquod extrinsecus aggrauans hæ particulæ tolerant, & minus ventriculo oculus, vtpote qui non nunquam etiam ab ijs, quæ inunguntur, grauatur. At, quæ difficilem sensum habent, hæc cataplasmata grauia sustinent, & medicamenta mordacia. Siquis igitur velit ex facilitate sentiendi indicationem illis quatuor, quas antea memorauimus, quintam annumerare, vel in ea comprehendere, quæ ex virtute sumitur, nihil, quantum ad recte medicandum, differt.
Has igitur omnes indicatiões in memoria habere oportet in quacũq; particula morbo aliquo affecta: nã & ipsius Temperatura, & Formatio, & Situs, & Virtus, singulas, quę in nobis fiũt, operationes commutant, communi intentione seruata: hanc enim ex morbo semper assumendam esse docuimus. Qui igitur secundum solam & simplicem intemperiem morbi fiunt, per contrarias qualitates curantur: Calida quidem intemperies per refrigerantia, siue primo, siue ex accidẽti refrigerent: Frigida vero per calefacientia: sic sicca per humectantia: humida autem per exiccãtia curantur. De eo vero, quod primo calefacit, aut ex accidenti, plenè (vt nosti) diximus in eo tractatu, quem De simplicium medicamentorum potestate composuimus: Vbi id, quod primo refrigerat, quandoq; ex accidenti calefacere ostendimus, quemadmodum aquæ frigidæ infusionem,

vbi

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

vbi caloris naturalis fecerit reuocationem: & quod calefacit, refrigerare, cùm rarefaciendo corpus E
caliditatem fecerit euaporare. Quæ igitur secundum solas actiuas qualitates corporis sunt alterationes, ex sola, quæ ex calefacientibus, refrigerantibus, humectantibus, atq; exiccantibus potestate adhibetur, ad naturalem habitum restituuntur, neq; sensibili egent euacuatione. Quæ vero ob materiæ influxum, si quidem bene temperata sint, solam euacuationem desiderant: si vero intemperata, euacuationem, atq; vnà per contrarias qualitates expetunt alterationem, veluti quæ rheumaticam dispositionẽ sanguis, qui in huiusmodi partes fluat, aliquam habeat cacochymian, mista oritur dispositio: quod forte rarissime euenit. Sanguis. n. sine pituita, aut flaua, vel atra bile fluẽs, tenuis semper mihi consistentiæ apparuit. Ex alia autem quapiam causa si pars intumeat, considerãdum est, an huiusmodi affectus sit phlegmone, an scirrhus, an œdema. Nos. n. omnem calidam ac veluti flammeam dispositionem nominamus phlegmonen, id est inflammationem: cuius differẽtias paulo ante diximus. Tempus itaque est, vt de œdemate quàm breuissime subijciamus, vt memineris eorum, quæ latius de hoc nos dicere audiuisti. F

De Oedemate. *CAP. 3.*

OEdema igitur vocamus tumorem mollem, doloris expertem, quem ex pituitosa substantia, aut spiritu vaporoso fieri constat, qualis in cadaueribus euenit. Non nunquam etiam in pedibus & cruribus eorum, qui aqua intercute, & phthisi, & alio malo habitu (Græci cachexian vocant) laborant. Verum tale œdema in periculosis illis dispositionibus accidens est, nulla propria præcipuaq; curatione indigens. Sola enim fricatio ex oxyrhodino, aut non nunquam ex sale & oleo, vel etiam ex sale iniecto oxyrhodino sistit ipsum, aliaq; huiusmodi multa. Cũ vero propter pituitam parti influxã huiusmodi fit affectus, spongia in aqua, quæ parum aceti habuerit, infusa passionem aliquando sedat: quæ si non quieuerit, plus aceti miscẽdum est: sit tamen moderata ipsius temperatura, vt possit ipsam quispiam bibere. Quæ autem ex ea plus aquæ cõtinet, in principio adhibenda est, maxime in mollibus corporibus: Quę vero hac fortior fuerit, in robustis & duram habentibus pellem, & quæ ad primam spongiæ appositionem non iuuantur. Oportet autẽ spongiam omnino nouam esse, quæ si non affuerit, saltem exquisite abluatur ex aphronitro & nitro, & ex ea, quæ conia stacte, id est lixiuium distillatum, à Græcis nominatur. Quòd si ex his œdema non quiescat, aluminis parum imponendum est, spongiaq; omnino noua applicetur. Si vero in aliquo artuum tale fuerit œdema, incipiendo ligaturam in imis partibus, finire oportet in altioribus, iniectionem & compressionem & vniuersam distributionem faciendo, velut in fractionibus. Curationis enim intentio in huiusmodi affectibus mista est, vna quidem vt eorum substãtiæ aliquid dissoluatur: alia vero, vt aliquid congregetur ac restringatur. Si igitur per ea, quæ dicta sunt, non sedetur, tunc aliquid fortiorum medicamẽtorum, quod temperaturam mistam habeat, ex dictis viribus adijciendum est. Ego in diuturno œdemate, vbi prius particulã oleo illeuissem, deinde spongiam ex lixiuio apposuissem, atq; vehementius strinxissem, affectum perfecte curatum vidi, non amplius videlicet hac curandi regula habente mistam virium intentionem, sed ad discutiendum & incidendum declinante: id quod in omnibus ferè diuturnis affectibus probatũ haberi non ignoramus. Postquam vero satis ad te de œdematis scripsimus, de scirrhosis deinceps tumoribus dicendum est.

De Scirrho. *CAP. 4.*

EXquisitus scirrhus est tumor præter naturam sensu priuatus durusq; : non exquisitus vero H
non omnino insensibilis est, difficulter tamen omnino sentit. Scirrhus igitur insensibilis curationem non recipit: qui vero difficulter sentit, nõ incurabilis quidẽ est, non tamen facilem curationem admittit. Fit autem ex humore lento & crasso, qui partibus, quę indurantur, tenaciter infigitur. Interdum itaq; statim à principio congregatur paulatim & augetur: crebrius vero medicorũ imperitia paratur, cum vehementer erysipelata & inflammationes astringunt & infrigidant. Siquis igitur medicamenta vehementer dissolutiua induratis corporibus adhibuerit, quæ manifestam faciant scirrhi diminutionem, breui tempore sperabit perfectam curationẽ, non vere, ignorans, quòd residuum passionis hoc curationis modo incurabile redditur: tenuiori enim ex eo dissoluto humore, residuum exiccatum lapidis duritiem assequitur. Non igitur curandæ sunt partes induratæ medicamento immodice siccante, sed eo, quod calorem habeat tepidum, humiditatem vero nec multam, nec omnino minimam. Quod enim superfluum humorem habet, nihil omnino dissoluit: quod vero minimum, plus, quàm oportet, exiccat. Oportet igitur induratũ corpus, à medicamento, quod auxilio futurum sit, simile quid pati his, quæ sub sole funduntur: vocantur autem Malactica, id est mollificantia, huiusmodi medicamenta, de quibus amplius diximus in quarto tractatu libri, qui de simplicium medicamentorum viribus inscribitur. Et exempla eorũ dicta sunt,

A sunt, simplicia quidem, medullæ omnes atq; adipes. Ex medullis primas partes obtinet ceruina, deinde vitulina: ex adipibus autem adeps anseris in volucrum genere: leonis vero in pedestrium cæteris præstat. At vero, qui ex gallina sumitur, anserinum, & qui ex pardo leoninum sequitur, ac deinde vrsinus, atq; taurinus. At, qui ex capris accipitur, & crassior & siccior prædictis est, eoq; adhuc magis, q ab hirco capitur. At, iã dictũ est, quòd huiusmodi affectus medicamẽtis vehementer siccantibus non indiget. De differentia vero, quæ ex eorum tenuitate crassitudineq; oritur, indicatiue quidem dictum est, manifeste vero nequaquam adhuc. iccirco in memoriam tibi reuocanda sunt, quæ inuicem commentabamur, quando Cercyllij puerulum curabam, cui ex erysipelate nimis infrigidato atq; astricto tumor scirrhosus in toto femore relinquebatur. Existimauimus enim medicamenta, quæ ipsum curare deberent, tenuia esse oportere: quare femur oleo perfundebam in profundam peluim posito puero, quæ multum Sabini olei continebat, eo, quòd omniũ tenuissimum ipsum esse sciebam: à balneo vero abstinebam, nisi in longo interuallo dierũ totius corporis curandi gratia. Postquam vero partem fouimus, medicamenta ex prædictis medullis & adipibus confecta adhibuimus, miscendo non nunquam bdellium scythicum, mastichen ægyptiam, atq; ammoniacum thymiama vocatum, quod pingue & non vetustum esset: similiter
B & chalbanen. Et post, quàm per hæc præparatũ fuerat, soluens ammoniacum pinguissimum in acerrimo aceto, circũliniui totum femur circum circa: deinde per aliquot dies rursus opopanacẽ pinguissimum miscui aceto acerrimo, & huius videlicet exoluens id, quod recens erat: alioquin pingue nõ permaneret: quemadmodum nec bdellium, nec ammoniacum, neque etiam chalbane: iussiq; puerum alteri cruri innixum saltare, vt plus cibi ad illud ferretur. Postea, vbi repulsus erat iam scirrhosus tumor, timẽs, ne eius residuum maneret, omnia è cõtrario facere aggressus sum, femur ex aliquo medicamento eorum, quę pice constant, perungens. Manifeste itaq; clarebat, q ex aceto linimenta egregie tumorem comminuerant, laxatiua autem molliorem reddiderant, minorem autem nequaquam: vicissim tamen eis vtendo, adhibito conuenienti moderamine, puerulũ curaui: Sic, vt, si altero dũtaxat medicamẽtorũ genere quis curationem attentasset, nihil ad scirrhi solutionem profecisset. In tendonibus (voco autem sic musculorum aponeuroses, id est enerua
tiones) ex prædictorum medicamentorum vsu manifestissima auxilia videri licet: siquis recte vtatur curatione ex pyrite lapide. Oportet autem eum, cùm igne excanduerit, acerrimo aceto aspergere, ac deinde super lapidem mouere partem affectam, vt à vapore sursum lato scirrhus dissoluatur. Multæ enim partes iam planè curuatæ conuolutæq; hoc curationis modo membrum dimo-
C uendo, perfecte sanatæ sunt, vt ferè magicum opus videretur. At oportet præparare mollificãdo partem scirrhosam medicamentis, de quibus supra diximus. Quinetiã in hac ipsa, quæ fit per pyritem lapidem, curatione, abũde multum oleum Sabinum calidum prius perfundendum est, aut aliquod aliud, quod extenuandi vim habeat. Nec minus proderit anethi comam decoquere, præsertim cum viride fuerit atq; recens. Quòd si pyritem habere non possis, molari vtendum est: vocant autem sic lapidem, ex quo molæ parantur, quæ frumentum molunt.

De Scirrho Lienis & Iecoris. *CAP. 5.*

SPlenem induratum non solum deforis fortibus medicamentis curare conuenit, sed etiam per fortissimas potiones: nam eas sine molestia tolerat. ex quorũ numero primas partes sibi vendicant cortices radicum capparis, & scolopendrij, & myricæ tum radix, tum germina, omnibus huiusmodi in aceto vel oxymelite coctis. At sæpenumero, cum tangitur splen, renitens videtur: non tamen scirrhosus, sed flatuosus potius est tumor: in quo oportet, vbi prius locũ absinthio perfuderis, medicamen emplasticum mistas vires continens superponere, quale est, quod ex sulfure atque alumine constat. sunt profectò multa huiusmodi in medicamentorum tracta-
D tibus descripta. non simpliciter autem mistorum medicamentorum viribus attendendum est, sed & quantum misceatur. Cum itaq; splen flatuoso tumore afficitur, & magis œdemate: si multum aluminis adhibueris, nihil nocebis: in scirrhosis autem tumoribus vim dissolutiuam superare conuenit: parum autem eius, quod stringendi vim habet, admiscendum est. Cum igitur de numero simplicium & sponte nascentium medicamentorũ flos salis tali sit natura præditus, sanat splenes induratos, si extrinsecus ipsis in vesica apponatur. Scirrhum autem hepatis ab initio quidẽ sanauimus sæpius: Vbi vero ad plures dies forte foret extensus, neq; ipse potui sanare, neq; alium vidi, qui posset. Omnibus igitur, qui ita affecti sunt, ex necessitate subsequitur aqua intercus: pereunt autem quãplurimi in tempore longo: quosdam vero noui ẽt breui pereuntes, q uibus aluus multa deijciebat. Liquet igitur, quòd his sufficienter angustata erant ora vasorum, per quæ trãsmittitur cibus ex simis hepatis partibus in conuexas, adeo quòd, siqui ex eis sanati sunt, ea, quam antea diximus in musculosarum partium scirrhis, curationis ratio saluauit: neq; enim perfert hoc membrum fortia medicamenta, veluti splen. Augere autem oportet ea, quæ ratione inflammationis ipsi apponuntur, mistura emollientium: erant autem illa ex absinthij coma, & expressione myrobalani, & vtraq; nardo indicaq; ac celtica: adhuc autẽ & croco, & œnanthe, et mastiche chia, & vnguentis, quæ ex spica nardi conficiuntur: adhuc autem & mastichino, & melino, & œnãthino.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

no.His igitur ammoniacum thymiama,& bdellium,&,quas diximus,medullę,& adipes mi∫ti,& E
quæ incidere poſſunt, factum in hepate ſcirrhum ſanare poterunt, ſi etiam ratio conueniens victus adhibeatur vnà cum medicamentis,quę in potu ſumuntur ad aperiendum abſtergendumq; eum,qui in viſcere cõtinetur,humorem.Sunt vero hæc omnia etiam eos,qui in renibus continẽtur lapides comminuere apta,de quorum materia multi medici conſcripſerũt. Admiſcere autem oportet & ex his,quæ vrinam mouere poſſunt aliquid. Plurima vero eſt etiam iſtorum materia, quæ à multis quidem ſcripta eſt, atq; à nobis comprehenſa in eo,quem de medicamentis ſcripſimus,tractatu.Quare nunc etiam,quæ dicta ſunt, tibi ſufficiant.

De Tumore flatuoſo. *CAP. 6.*

TEmpus enim iam eſt tranſgredi ad alterum genus tumoris, cui materia generationis eſt ſpiritus flatuoſus. Vocatur autem non ſolum flatuoſus, ſed etiam flatus, huiuſcemodi ſpiritus, craſſus ac vaporoſus exiſtens,non ſecundum ſubſtantiam æthereus neq; tenuis.Cogita vero eius * Al. aereus.
naturam ex circumſtante nos aere,in memoriam reuocans, qualis in auſtrinis conſtitutionibus, qualis ve in aglonaribus fiat.ei.n.qui in auſtralibus, aſſimilatur flatuoſus:alteri vero, qui in aquilonaribus,is, qui in nobis ſecũdũ naturam eſt, ſpiritus. Adiuuat autem, ne huiuſcemodi ſpiritus diffl et,etiam denſitas corporum:quare huiuſmodi affectus curatio vnam communemq; habebit F
intentionem ad elaxãda ea,quæ aſtricta ſunt, corpora,atq; ad craſſos ſpiritus extenuandos.Nam, ſi ſubtiliori ſubſtantia ſufficienter calefeceris, id quidem,quod denſatum eſt,rarefacies, quod vero craſſius eſt effectum,extenuabis. Patientium autem particularum natura conuenientem auxiliorum materiam indicabit,ac in ipſa maioris minoriſq; rationem.Nam ſpiritus iſte craſſus & vaporoſus non nunquam ſub membranis,quæ integunt oſſa,comprehenditur:non nunquam vero ſub peritonæo:aliquando intra inteſtina vel ventrem : comprehenditur vero aliquando & intra membranas,quæ muſculos complectuntur,quemadmodum & à membranoſis tẽdonibus:comprehenditur etiam ab iſis,quæ ratione cognoſcuntur, ſpatijs in muſculis atque aliis partibus corporis,quorum locorum naturam in adminiſtratiõibus anatomicis didiciſti.Ita igitur ipſe muſculus inflatur,atq; in ventris vel inteſtinorum corpore flatuoſus includitur ſpiritus.et cum ſufficiẽter frigidus fuerit,tunc maximum dolorem excitat. Communis autem curatio omnibus (quẽadmodum diximus)per ſubtiliorem ſubſtantiam,quæq;,quando paſſioni dolor adiunctus ſit,talem habeat naturam,vt dolorem queat ſedare. Secundum vero patientium partium differẽtiam, & materia curationis commutatur:& augetur,atq; obtunditur vis. Cum igitur ex tali ſpiritu dolor interuenerit in ventre inferiore,ſubtile oleum cum medicamentis,quę in ipſo ebullierint,per G
clyſterem iniiciens,ſtatim dolorem ſedabis.Quæ vero debent ebullire in oleo medicamẽta, cum ſubtili ſubſtãtia calefaciẽtia,ſint cyminum,& id,quod apud nos eſt,et magis, quã ipſum,id,quod æthiopicum nominatur, & apij, & petrapij ſemẽ, & marathri, & ſinonis,aneſiq;,atq; libyſtici,& ſeſeleos,& dauci,& ſpõdylij. Et,ſi coniectura comprehenderis frigidam eſſe dolentium partium diſpoſitionem,rutam,& marathrum, & grana lauri intus decoques,miſcebis'que aſphaltum, ipſumq; oleum laurinum,& ſiqua alia ſimilem naturam habent. Quòd ſi inflammationẽ huiuſmodi doloribus adiunctam putaueris,auferes ea,quæ admodum acria ſunt, & quæ vehementius calefacient:ad ea autem,quæ in hoc mediocrem naturam gerunt,quæq; vim elaxandi habent,trãſibis. In oleo itaq; ad ebulliendum pones anethum & non rutam,etiam admiſcebis adipem anſerinum vel gallinaceum:ſed hæc quidem, vbi vehementiores dolores infeſtant. Mediocres vero etiam extrinſeca concalefactione iuuantur,ea præcipue,quæ ex miliis fit:nam eorum leuitas dolentibus commodiſſima eſt. Si hæc non affuerint,vel ex ſale calefacito,vel ex lini ſemine crudo, vel quocunq; alio modo.Cucurbita etiam magna cum multa flamma abſq; cutis ſcarificatione, ſępius ſtatim dolorem amouit:oportet autem eam vmbilicum comprehendere.Quòd ſi etiam poſt hæc dolores permanſerint, medicamentis ex opio vti non dubitabis, quale eſt Philonis Tarſen- H
ſis,omnibus medicis notum:quãuis ſcieris aliquam noxam ex huiuſmodi medicamentis, membris patientibus neceſſario affuturam : ſed certe ei, quod magis vrget,obſiſtendo, hominem, qui ex nimio dolore ſyncopa corripitur, parua cum noxa ſaluare eliges. nam & ſequentibus deinceps diebus noxam membro ex medicamento contractam emendare licebit. Vocantur igitur huiuſmodi medicamenta, Anodyna, id eſt indolentia,quoniam dolorem ſedant:& dolorem quidem ſedant,non tamen diſpoſitiones penitus ſanant, ſed vim ſentiendi obtorpeſcere faciunt. Vti autem oportet Philonis medicamento,omnibusq; ex opio confectis,non ſtatim,ſed poſt tẽpus compoſitionis annuum,aut omnino ſemeſtre.Maxime vero atque citiſſime ex potu horum medicamentorum laborantes dolore liberantur,vbi inteſtina gracilia patiũtur:Sicuti ex his, quæ ſedi imponuntur,craſſorum inteſtinorum paſſiones præſentaneum habent remedium.Non modica autẽ fit virtutis diſtributio & ex ebibitis,cum inferiora afficiuntur: atq; ex his, quæ ſedi imponuntur,cum ſuperiora fuerint affecta.Quę quidem in carnoſis fit partibus ſpiritus flatuoſi aggregatio,non nunquam omnino vacat dolore,ac longiori tempore durat, ac tum præcipue, cum fuerint articulationi vicina.Hic enim ſunt muſculi magis neruoſi ac denſi, atq; in media ſui parte carnoſiores ac rariores. Tales vero(vt noſti)paſſiones ſanaui medicamentis ex pice,reſina,terebinthina,

A binthina,& adipe leonino atque taurino.Conuenit autem ipſis & quod ex ſorde balnei, & calce fit,& ex ſycomoro,& (vt ſummatim dicam)ea,quæ inſigniter ſubtili conſtant ſubſtantia, quibus ea,quæ molliendi vim habent admiſcentur.

De Abſceſſibus. *CAP. 7.*

ENimuero, cũ de his ſatis dictum,iam tps eſt, vt trãſeamus ad apoſtematum.i.abſceſſuum tractationem:ſic aũt nominant eas diſpoſitiones, in quibus inuicem diſtant, quæ prius ſe contingebant,corpora. Spatium igitur vacuum in medio fieri oportet, quod aliquam ſubſtantiam ſpirituoſam vel humidam aut miſtam ex vtriſq; comprehendat.Tranſmutantur autem in abſceſſum inflãmationes quædam,atq; ex inflãmationibus eryſipelatis participantibus,et ex eryſipelatibus inflãmationis participantibus non pauca. Sine his vero etiam abſceſſuum diſpoſitio conſiſtit ex multitudine quorundam humorum,aut ſpirituum vaporoſorum, ſiue in ipſis patientibus partibus{in medio}generentur,ſiue ex alijs confluant,ea ratione,qua fiunt illa,quæ Apoſcemata ideſt decubitus vocantur.Noiant vero ſic huiuſmodi diſpoſitiones,cũ,q prius vnũ membrũ inſeſtant humores,eo relicto ad alterum tranſeunt.Quocunq; vero modo fiat abſceſſus, id ſpatium quod abſcedentes interiacet partes,humiditatibus,quę ipſum faciũt, repletur,quæ, vbi aliquãdo
B perduraverint,multiformes habent alterationes. Nam & lapidibus, & arenis,& teſtis,& lignis, atq; carbonibus,& limo,& ſordiciei balnei,ſęci,& amurcę,et multis alijs talibus ſimilia in abſceſſibus corpora cõtineri ſępenumero inueniunt.Qui igit p ſumma ſub cute cõſiſtunt,facile dignoſci poſſunt,neq; eſt eorum ſanatio difficilis : nam ex tactus proprietate facillime diſcernuntur. Curantur vero ex extrinſecus adhibitis medicamentis,iis, quę bibuntur, non indigẽtes,veluti q in profundo atq; in viſceribus præſertim fiunt.In dignotionibus igitur,cum ſuppurantur, cedũt digitis prementibus non reſiſtentes, quemadmodum membra inflammata:dignotionem igitur præbent manifeſtam. At proprietas ceſſionis alia eſt in tenuibus humoribus,alia in craſſis,quẽadmodum & in tenacibus atq; mucoſis humoribus. Sæpius vero nobis ſubijcitur cum tentione ſpirituoſa pars aliqua abſcedens, quæ vbi ſecta fuerit, inuenitur ſanguis concretus,adeo vt, quibis aut ter huiuſmodi viderit diſpoſitionem, ſi ſolers & memor fuerit, comprehenſum in huiuſmodi tumoribus ſanguinem ita concretum agnoſcere poterit, cum in memoriam ex collatione reuocauerit tenſionis ac ceſſionis proprietatem.At forſan præſtat non proprietatem, ſed quantitatem tenſionis ac ceſſionis nominare. Curatio autem earum,quę in ſuperficie cutis abſcedunt, inflãmationum ſit incipiente quidem adhuc abſceſſu per ea, quæ dolorem ſedãt atq; elaxant:pro
C cedente vero tempore ad ea,quæ concoquendi ac ſuppurandi vim habere proprie dicuntur, trãſire oportet.De his autem dictum eſt,ſicuti de pluribus alijs,in quinto de medicamentorum ſimplicium poteſtate tractatu.Statim igitur aqua abundanti perfundere atq; fouere oportet,& oleo calido partem inflammatam conſpergere,atq; ex farina triticea, quæ in aqua atq; oleo moderate ebullierit,cataplaſma imponere.Nam hoc citius ad ſuppurationem perducit, q̃id, quod ex pane conficitur.Illud.n.maxime diſſoluendi vim habet,vt cui adſint ſales atque fermentum, optimeq; coctum ſit.Hæc vero omnia deſunt triticeæ farinæ.Et,cum ſuppurari incipientem inflãmationẽ curaturus, ſuppurationem prohibere poſſe ſperaueris, tunc plurimum panem ebullire permittas,oleo ſcilicet ac aqua ſubigens:ſit autem aquæ ad oleũ multiplex proportio. Plus autem,quàm hoc,ſuppurationem prohibet hordeacea farina ſimili modo præparata:quę vero in tali curatione infunditur aqua,habeat althęæ radices intus decoctas. Si vero per ſumma cutis in parte inflammata tenſio valida fuerit, multis ſcarificationibus incidere oportet in ſuperficie, ac poſtmodum ex farina hordeacea elixata,vt diximus,cataplaſma apponere.Tentaui autem ſępius plurimas & valde tenues in ſuperficie ſcarificationes:contrario autem his modo alias profundiores magnas: & tertias, quæ medium tenebãt in longitudine ac profunditate.Quæ igitur in ſuperficie fiebant,
D debile auxilium afferebant:Quæ vero longæ erant atq; profundæ, plurimum quidem ſanguinis exhauriebant,adeo vt ferè animi defectum afferrent:rurſus vero ipſæ propriam curationem, veluti vulnera,exigebant:Quæ autem earum ambarum medium tenebant,ſemper inueni ab incõueniẽtibus dictis eſſe remotas,atq; ideo eas in vſu cenſui preferẽdas.In qbus igitur difficulter ad ſuppurationẽ peruenit,neq; facile diſcuti tumor poteſt,ibi humores eſſe compactos craſſiores ac tenaciores eſt exiſtimãdum.In his vero diſpoſitionibus tm̃ conuenit ea,quæ fit per profundiores ſcarificationes, curatio. Conuenit etiam id,quod ex caricis conſtat in aqua decoctis, cataplaſma. Oportet autem non ipſas aſſumere caricas,ſed aquam, in qua ebullientes ſunt liquefactæ. Expedit vero & caricas pingues eſſe & dulces,vt earum humor non diſſimilis melli videatur. &, ſi eas aſſumens decoxeris vſq; ad plurimum temporis,reddetur aqua melli tenui ſubſtantia ſimillima. Huic igitur aliquando hordeaceam farinam iniicere oportet, aliquando panem Syncomiſtum (ſic autem nominant eum, qui medius eſt inter exquiſite purum & furfuraceum) vocant autem non nulli eundem panem Autopyron,quoniam in puro farinam,non qualis natura eſt,talem ad conficiendum panem aſſumunt, ſed prius purgantes furfur excernunt:contra autem in furfuraceo prius adimunt eam farinæ partem,quæ puriſſima eſt.Panis autem,qui autopyros appellatur, qualem habet ex natura farinam triticum,talem etiam ſeruat. Oportet autem triticum ipſum, ex

Universidad del Rosario Archivo Histórico

quo farina sumitur, esse ex his, quæ generosa dicuntur: quædam enim ex ipsis multum furfuris cõ E
tinent, quæ ignobilia nominant: quædam vero siliginem, quæ (vt dixi) generosa vocant. Nequa-
quam igitur oportet furfuraceum esse frumentum, ex quo vtilem ad cataplasma farinam accipi-
mus, sed, quemadmodum dictum est, multam habere siliginem. quòd si ignobilis tritici farinam
assumpseris, crassiorem furfuris partem oportet excernere, atq; ita panem medium conficere: Ex
hoc igitur pane partẽ mediam ac teneram ad cataplasmata commiscebis, quando potentia mediũ
farinæ hordeaceæ & triticeæ volueris facere cataplasma: Nam farina triticea maxime ad suppura-
tionem valet, hordeacea vero plurimum resoluit. Hic vero, quem diximus, panis mediam naturã
seruat: sicuti & eius farina inter nuper dictas farinas triticeas est media. Ad hoc igitur respiciens
cum decoctione caricarum misce, quod tibi conuenientius videtur, siue ex panibus, siue ex fari-
nis. Si vero tumor resoluatur, minus tamen, q̃ oporteret, simul coquere oportet cum caricis hys-
sopum vel origanũ. Si quando vehementius tumorẽ exiccare volueris, sales decoctioni adijcias,
deinde hoc modo infunde farinam hordeaceam. Eximatur autem & hinc, quicquid furfuraceum
est: &, postq; plurimum ebullierit, appone cataplasma. In tumoribus quidem, qui difficulter re-
soluuntur, verendum est, ne eorum reliquiæ, scirrhodes. i. duræ, relinquantur. Quare in singulis
solutionibus attẽdere oportet, ad quid transmutetur omnis, cuius curatio suscipitur, tumor: Nam F
ea curatio, quæ fortiter exiccantibus agitur, reliquias duras operatur. Hoc vero in singulis solu-
tionibus animaduertes, si partem patientem tetigeris, &, quod nunc apparet, illi, quod prius vi-
debatur, contuleris. Si igitur vnquam tale suspicatus fueris, decoque in aqua cucumeris agrestis
radicem, aut bryoniæ, aut asari, sæpius quidem per se solas, non nunq̃ caricas pingues adijciens:
deinde aquæ farinam admisce, cõmiscẽs & aliquid adipis, anserini præcipue vel galliniacei: quod
si hi non affuerint, suillum adiunges. Radices quoq; earum, quas nuper diximus, herbarum, atq;
præterea althææ, si post moderatam decoctionem cum pane atque adipe conterãtur, huiusmodi
tumores resoluunt. Fortior autem hisce omnibus est dracontij radix. et, siquando ea vti volueris,
cum sit his, quas nuper diximus, multo subtilior atq; ad resoluendum potentior, omnino adipem
commisce. Nisi enim humectaueris atq; molieris induratos tumores, sed fortibus medicamentis
resoluere tantum studueris, in primis quidem diebus eos insigniter decrescere facies, sed pariter
id, quod relinquitur, indurabis, hoc vero induratum difficulter resoluetur. Melius igitur, sicut di-
ximus, vt fortiter resoluentibus medicamentis cõmisceamus mollientia, verentes, ne tumores in
scirrhos (quorum curationem in præcedentibus audiuisti) conuertantur. Rursus igitur ad sup-
puratos tumores accedamus, quos vbi posse resoluere desperaueris, ex farina triticea vtere cata- G
plasmatibus, nam ad celeritatem suppurationis plurimũ conferũt. Deinde aperieris, si videris ea,
quæ circa sectionem sunt, libera omnino ab inflammatione, medicamentis, quæ emplastica dicũ-
tur, vtere. Sit autem eorum vis ad exiccandum habilis, careant etiam morsu, vt neque astringen-
tia medicamenta habeant admista, sed ea potius, quæ sine doloris sensu resoluunt, vel parum ali-
quid astringentis habeant. Ego vero sæpius in huiusmodi vsus sum medicamento, ex fermen-
to & ostreis combustis confecto. Si vero pars aliqua sectioni circunstans inflammata fuerit, eo,
quod ex chalcite constat, vsus sum, oleo liquefaciẽs: &, vbi paulatim refrigeratum fuerat, in mor-
tario temperans & molliẽs manibus, atq; vinum infundens, vt nosti. Ad multa vero vtile est hoc
medicamentum, quemadmodum in libris De compositione pharmacorum diximus. Faciemus
etiam alios (si Deus voluerit) de passionibus, quę singulis partibus accidunt, in quibus omnium
medicamentorum, quibus vti consueui, diligenter vires explicare tentabo, atq; eorum vsum op-
portunum exponere. Sed tu iam in hisce medicamentis, de quibus in hoc libro memini, habuisti
à me antea & mensuras & præparandi modum. Vbi vero plus opportuno cutis colliquata fuerit
in suppurationibus, adeo vt panno lacero similis efficiatur, nõ facile subiectis corporibus agglu-
tinatur, vt necesse sit eum, qui κατὰ πλάτος, id est per latitudinem, nominatur, curationis modum H
adhibere.

De sinu. CAP. 8.

CVm vero amplius agglutinandi cutem subiectis corporibus creuerit difficultas, huiusmo-
di affectum Sinum appellant. Deinceps tibi in memoriam reuocabo huius quoque curatio
nis modum, quem vidisti me sæpius in pluribus adhibere. Vbi talis dispositio consistit, satius est
fistulam directe perforatam vel ex ære vel ex cornu factam habere paratam: quòd si hæc non fue-
rit, vnum ex his instrumentis, quæ Pyulca, id est puris attractiua dicuntur, quod foramen latissi-
mum habeat, & eius, quod à nobis compositum est ex charta cõbusta medicamẽtum, tu sæpe vi-
disti me exiguam portionem multo oleo rosaceo permiscere, ac per id instrumentum puris attra-
ctiuum in sinus inijcere, deinde filis euulsis orificium claudere. Quæcunq; vero emplastica me-
dicamenta oleo rosaceo liquefacientes inijcimus, hoc instrumentum non permeant. In his vero
oportet vesicã furillam accipientes, fistulam directũ foramen habentẽ apponere. Esse vero acrio-
ra medicamenta liquefacta, q̃ illa, quæ Emmota, idest linamẽtaria, dicuntur, est necessarium, qua
lia sunt apud oẽs vlitata, colore viridi insignia. Hæc enim oportet non pauco oleo rosaceo lique-
facere, vt in sinum inijci possint. Dissoluitur autem emmotorum vis in huiusmodi mistionibus.

Igitur

A Igitur emplastica omnino medicamenta, quale est Macherionis, & Epigoni, & quod Isis cogno-
minatur, vbi ad emmotorum vsum deducuntur, cerati indigent admistione: hęc. n. ad sinus vtilia
sunt. Qua enim ratione eis ceratum admiscetur, eadem etiam sunt ad sinus vtilia. Miscẽtur autẽ,
quoniam vires mordaces habent, si per sola liquescerent, non admisto ipsis cerato: sed, vbi quidẽ
oleum rosaceum plurimum fuerit, quod vero in ipso liquescit, medicamentum paucum, non am
plius acritudinem seruant. Vbi vero sinus mediocriter carne oppletus fuerit, tunc agglutinan-
tia medicamenta apponere oportet, veluti si recenti & sanguinolento vulneri medereris. Multa
vero tali sunt natura prædita: Alia quidem, quæ ex asphalto constant: vocant autem huiusmodi,
nescio quomodo, emplastra Barbara: Alia vero, quæ Cirrha, idest fulua, vel phæa, idest fusca, à co-
lore dicuntur, ex lithargyro & ærugine æris decocta plurimum: sic enim ærugo fuluum colorem
accipit: Si vero paucum ebulliat, facit emplastra, quæ Melina, idest lutea, dicuntur. Te vero non
latet, quòd omnia metallica medicamenta subtiliores partes habent, & vim exiccandi maiorem,
vbi multum ebullierint. His vero medicamentis fuluis, vbi statim reponuntur, quædam extrin-
secus supereminentia fusca concrescit, sub qua pars medicamenti profundior plus, quàm ab ini-
tio fulua videtur. Atq; idcirco non nulli huiusmodi emplastra vocãt Dichrœma, idest bicolora,
B quidam vero Diprosωpa, idest bifacia. Quãto vero subtiliora fuerint ac maiorem exiccandi vim
habuerint, tanto plus in sinum operabuntur: nam ad eius profundum oportet transmitti vim, si
intentionem propositam assequi velimus. Quæ vero recentia et sanguinea vulnera agglutinant,
quanquam his minus exiccant, labra vulnerum, si breuia extiterint ac minime profunda, agglu-
tinant: atque ob hoc facile ac cito, quod oportet, efficiunt. Si vero in profundum vulnus proten-
datur, & futuris & fibulis solemus in vnum cogere. Sinus itaque omnes non simplices sunt di-
uisiones, sed frequenter in ipsis modo vna pars, modo alia excoriata est, quod neque te oportet la
tere. Cum igitur ad locum superiorem sinus extenditur, facile per os ichor, idest humor vitia-
tus, elabitur. Si vero vergit ad ima, cum intus retineatur, partem aliquam continuam erodit. In
his quidem sinibus, nisi prius ad effluxum feceris sectionem, nihil proficies, neque cum carnem
generare, neq; cum agglutinare volueris: In alijs vero non opus est sectione, si modo conuenien-
tem figuram in parte patiente seruaueris: Ex qua figura potes aliquando sinum ad partem supe-
riorem vergentem, facere ad inferiorem declinare: ac contra, vergentem ad ima, conuertere ad
superiora. Vidisti me igitur sinum in brachio existentem, cuius os erat prope cubitum, figura
in superiora tendente sanasse sine alia facta ex aduerso sectione: & in coxa similiter figura sinus
C ad ima vergente, cum sinus versus genu quidem terminaret, altius vero os media coxæ regione
superius, sine vlla ex aduerso diuisione vidisti factam esse curationem, subijciente me poplíti cer
uical molle, vt inferiorem situm haberet inguen, q̃ genu. Sufficit autem in hoc sinu & alijs isto
maioribus solum melicratum immissum, aptum ad conglutinandum omnes eius partes profun-
diores. Quidam autem lixiuium iniecerunt, seipsos coarguentes in his, quæ prius ad carnẽ sinui
inducendam medicamenta apposuerunt: Neq; enim caro noua priori adnasci potest, cum sordi-
cies circumsedit. Quo modo igitur sufficienter carne innata sinui, conglutinatiuum adhibẽt me-
dicamentum, siquidem veluti satis sordidum existentem lixiuio abstergere tentant, cũ pura caro
neq; acrius melicratum toleret? In hoc igitur satis est, si hoc tale immittatur, quale quispiam cum
voluptate potaret. Et post melicratum solitus sum deinceps, antequam medicamentum conglu-
tinatiuum imponam, aliquando vino solo, aliquando vino mulso sinum abluere. Nam ad abster-
gendum atq; ad expurgandũ circunstantes humores vitiatos melicratum est melius: sed ad con-
glutinandũ vinum est melius & efficacius: sit autẽ inter dulce & astringens medium. Et quidem
post medicamenti agglutinantis appositionem spongia noua ex mulso vel vino circumsciatur
quàm mollissima: atq; alligatio quidem incipiat à fundo sinus, finiat autem ad os. Sed & linteorũ
D circumuolutiones fundũ sinus sine dolore cõstringãt, paulatim vero laxentur vsq; ad os sinus. &
hoc ipsum habeat laxam pharmaci alligationem, emplastro, quod circum apponitur, ita cũ forfi-
cibus discisso, vt ex ore sinus humores vitiati, si qui excernantur, possint effluere, paruo aliquo
alio ipsi imposito emplastro vsq; ad solutionem: quam tertia quaq; die faciẽs, auferes hoc ipsum,
quod veluti suprapositum circumiacet, id, quod per totum sinum circumiectum est, medicamẽ-
tum relinquens. Indicium autem tibi sit, nunquid pars sinus profunda sit bene conglutinata, hu
mor emanans si multus aut paucus, decoctus aut crudus: adhuc autem si neque in ipso sinu do-
lor sentiatur, neq; tumor appareat, sed totus locus depressus siccus atque expers doloris existat.
Si autem & pus bene coctum in ore videris paucum, adhuc magis bona tibi sit spes de sinus con-
glutinatione, imponensq; rursus spongiam, ac denuo alligans, vt diximus, secunda quaq; die vel
tertia solue, permutans semper, quod ori sinus superstat, linteum eodem emplastro perunctum,
quod totum os in circuitu comprehendet. Oportet autem non esse admodum impressum, sed
ita, vt omnis humor vitiatus ex sinu per ipsum possit euacuari. In prima igitur & secunda die si
aliquis humor tenuis à sinu excernitur, noli omnino de conglutinatione desperare. Sæpius enim
circumiecti membro patienti vis medicamenti vehementer exprimit ex ipsa cute & carne subie-
cta tenuem humiditatem, quando ita affectum fuerit corpus ęgroti, aut ex naturali temperatura,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

aut ex malo victu,qua humiditate expressa spatia mediocriter exiccata conglutinantur. In tertio E
autem & quarto ab initio die si ichor crudus ex ore se ostenderit, tunc scito sinum non esse conglutinatum. Sit autem præ omnibus id, quod patienti membro circumijcitur, medicamentum vehementer quidem exiccans,neq; mordens vero,neque intendẽs,veluti est nostrum, quod cirrhum.i.fuluum seu giluum vocatur,sine cera confectũ ex metallicis medicamẽtis elixatis & oleo cicino & aceto,quod vulnera sanguinolenta conglutinat, ac sine molestia sinus exiccat. Vidisti vero & ipso sanatas fistulas aliquando,in quibus angusto,longoq; existente foramine, cum nondum intus callum haberent sed sordiciem solum, immisi primum lixiuium, deinde tandiu intus permanere permisi,donec sperauí totam sordiciem penitus excidisse:postmodum medicamentũ apposui. Sic vero & eos,qui sub cute sunt sola sinus, in quibus nondum carnem generari oporteat,quiq; insicite à quibusdam curati erant,simul atque curandos suscepi,hoc medicamento conglutinaui,cum tamen prius lixiuio abluissem.quoniã,qui vlcera curant,nullo ex his, quæ expurgandi vim habent,vtuntur medicamento. Vbi vero,qui ad abscessum perueniunt,tumores tarde secti fuerint,aut ob medicantium imperitiam, aut eorum,quibus medela adhibetur,timiditatem, qui secari non patiuntur,sed expectant, vt longiori tempore cutis à pure rodatur:contingit sæpius vniuersam cutim à pure circa abscessum aggregato sufficiẽter extenuari instar τοῦ ῥάκους.i. F
laceræ vestis,vnde & illi nomen Rhacωdes.i. laceroſa,à medicis inditum puto. Est itaque huiusmodi cutis conglutinari contumax, præcipue siquis secundum substantiam siccum medicamentum imponat: ex his enim magis fit laceræ vesti similis & sicca cutis, instar pellium detritarum. Visum est igitur mihi opportunum, si quis ad eius conglutinationem vtatur medicamento,substantia quidem humido, potentia autem sicco. Dictum autem in libris de medicamentis, quòd potentia sicca medicamenta dici solent à medicis,quæ exiccandi vim habent. Optimum autem ex omnibus medicamentis, quæ substantiam quidem humidam habent, vim autem exiccandi, est id,quod à me compositum est ex lithargyro & adipe suillo antiquo & chalcite, quibus additũ sit oleum vetustissimum.Nam vim eius esse efficaciorem sum expertus ad huiusmodi dispositiones,cum neq; admodum durum fuerit,neq; exquisite non inficiens. Sed,& si tale conficiatur,& vulnerum sanguine manantium conglutinatiuum erit:& omnia etiam vlcera ad cicatricẽ perducit,si & oleo {antiquo} remittatur,& cum vino mediocris ętatis cõmisceatur, deinde in circuitu eiusmodi dispositionibus apponatur:quas sæpius sine vlla molestia coglutinauit.Confert autem, vt diximus, in laceroſis cutibus non parum & mel, si vsque ad emplastri consistentiam elixetur. Eius vero elixationis mediocritas vix recte perficitur, nisi inspiciatur. oportet enim ipsum neq; G
adeo esse durum,vt difficulter labatur:neq; ita humidum, vt circumfluat. nam,quod durum est, ad eandem peruenit cum duris emplastris absurditatem:humidum vero veluti superiectum calido corpori,vndique circumfluit,& siccum linteum derelinquit,quod non modo nihil iuuat, sed etiam non nunquam obest cuti,quæ debet conglutinari: At,si mediocriter elixetur,hoc quidem optimum est medicamentum in huiusmodi sinibus. Sed,quoniam elixationis eius mediocritas non facile potest coniectura attingi,rectius mihi visum est ei myrrham subtilissime tritam aspergere,aut aloen,vel thus,aut aliquod ex his,vel omnia simul,tum præcipue,cum linteo inunctum humidius apparet.Oportet autem aspergere ista per cribrum, quod sublime supra mel teneatur: sufficit autem semel aut bis illud agitare, vt mediocriter excidant. Non nunquam vero &,dum elixatur,adijcio melli aliquid ex antedictis medicamentis, quando præsertim sinus maior fuerit atque profundior. Vsus sum aliquando & tenui centaureo,quod mirum est ad huiusmodi medicamentum. Post ipsum vero & symphytum vtile est,& deinde ireos illyricæ radix, postea farina ex orobis: Neque obscurum est, quin & contundi oporteat, & per cribrum subtile transmitti,ac postmodum conteri talia omnia: Melli autem commisceãtur eo tempore, quando debet ab igne amoueri,tantum nobis super terentibus,donec melli decocto optime vniantur. Melius autem H
fuerit, si cacabum ab igne amouẽtes, hęc omnia admisceamus,& deinde diligenter agitemus,donec mel adeo tepidum reddatur,vt corpori,cui curatio adhibeatur,possit imponi.

De Gangræna. *CAP. 9.*

COnsequens est,vt deinceps dicamus de inflammationibus,quæ gangrænæ fiunt. Nominãt autem (vt nosti) Gangrænas,eas,quæ ex magnitudine inflammationis nondum factæ sunt, sed adhuc fiũt, mortificationes. Nam, cum omnino membrum effectum est emortuum,vt punctum vel sectum vel adustum non sentiat,quę patitur,statim recidere oportet,qua sanam partem vicinam attingit. Sed,quod ita affectum est,denigratur. Quod vero in medio est constitutum, ita vt tendat ad mortificationem, Gangræna nominatur. Curatur autem euacuantibus nobis q̃ possumus plurimum sanguinis,qui in membro patiente compactus est, cuius causa fiunt mortificationes,ob id,quòd arteriæ ex angustia loci nequeunt se attollere,reliquo autem transpiratio nes exhibentibus.Aut igitur cutem vniuersam multis sectionibus profundis secare oportet vnà cum subiecta substantia: aut plurimis scarificationibus profundis incidere. Sanguinem vero manare permittens,imponere debes ex medicamentis aliquod ad putrescentia vtilibus:cuiusmodi sunt, quæ ex oxymelite & farina orobi vel lolij conficiuntur.si vero talia non assint,fabarum

farinam

A farinam adhibe,atq; ipsum oxymel solum:Et, si fortius medicamen apponere velis,adijce sal,aut ex trochiscis aliquem exquisitissime tritum,qualis Andronis,& Polyidæ & Pasionis est. Et Musæ medicamen ad hæc aptissimum,quod in Herę sectione scriptum est. Vtaris autẽ & his & alijs, quæ antea diximus,animum aduertens ad corpus ægroti.Nam, si rusticum fuerit & durum natura,fortissima medicamenta desiderat:fœmineum vero & molles carnes habens,imbecillíora. Sic & viri,quicunq; & molles carnes habent,& balneas amant,& in ocio degunt,mollia exigunt medicamenta:Neq; dubium est idem in pueris faciendum esse. Et, si quando etiam putrefactam atque emortuam partem absscideris,vt securius agas,nuper dictis vtere medicamẽtis,naturam corporum simul attendens,atque eius insuper partis,quæ male affecta est. Quædam enim sunt, quæ citissime ad putredinem veniunt:& satius est ob maiorem securitatem,quando abscindis aut circuncidis id,quod iam putruit,eam,quæ veluti quædam radix est, sanæ parti adiunctam,adurere, sicuti sæpius in pudendis facere consueuimus,non nunquam quidem male affectis partibus,quę adurunt, afferentes,quandoq; vero linamentũ ante submittentes.Facta vero adustione,solemus (vt nosti) vti succo porri:qui vbi non adsit,his, quæ paulo ante diximus. Vbi vero tibi videbitur his remedijs adhibtis cessare putredo, vt cito crusta excidat,medicamento, quod nominatur Ce-
B phalicum, cum melle vtere.Melius vero & ex hydrelæo panem decoquentes, vel farina hordeacea eodem modo parata,vel etiam cum ipsa miscendo triticeam,facere cataplasma. Id etiam medicamentum,quod Tetrapharmacum nominatur,ac præterea Macedonicũ, sunt crustarum suppurationibus,atque earum excidentijs accõmodatissima. Similiter autem & quæcunque vim habent ad suppurationem perducendi. Et panis vero tritus cum apio vel ocymo optime crustas disrumpit,& à sanis partibus separat.Ex simplicibus autem medicamentis iris cum melle, vel radix panacis, vel aristolochię,vel acori.In mollibus vero corporibus sufficit orobi farina cum melle vel thure. Aufert autem & crustas Machærionis medicamentum,† & iris cum melle. Cum vero exciderint crustæ,huiusmodi vlcera possunt quibuscunque medicamentis, quæ carnem inducant,ad sanitatem perduci.

† In græco. cod.legitur, & isis cũ melle.legitur ẽt, & isis, emmota.

De Cancro & Elephantiasi. *CAP. 10.*

CVm de his abunde dictum sit, reliquum est, vt de cancrosis tumoribus disseramus, qui in omnibus quidem partibus corporis fieri consueuerunt, sed in mamillis præsertim mulierum, quæ purgationem secundum naturam non habent: quæ vbi modum seruauerit, tunc mulier integra fruitur sanitate. Hi vero omnes præter naturam tumores ex melancholica superflui
C tate generantur, de qua diximus in commentarijs, in quibus de potentijs naturalibus egimus: Vbi ostendimus hunc humorem,dum sanguis in hepate fit, fæcis vinariæ proportione generari: expurgari autem à splene,qui ex eo naturaliter habet alimentum. Cum igitur naturalis temperatura hunc humorem paucum generauerit,& ratio victus adhibita confert, & splen satis attrahit ex eo, qui generatur, nulla huiusmodi superfluitas in venis coaceruatur. At,cum contraria eueniunt,tunc in venis multiplicatur, & eas,de quibus dicturi sumus, facit ægritudines. Dico autem his,quæ diximus, contraria,vt scilicet hepar ad generandum huiuscemodi superfluitatem sit aptum:sit etiam ratio victus per tales adhibita cibos,qui crassum & fęculentum humorem pro creare natura apti sunt:splen vero sit natura imbecillior,&,quicquid de ea superfluitate generatur, ad se minime trahere potens. In hoc vero corpore turbidus fit, ac crassescit is, qui in venis continetur sanguis, & non nunquam à venis habentibus (sicut & alia omnia) vim excernendi id,quod extraneum est, per hæmorrhoidas excernitur.Sæpius autem & ad varices decumbit: Et quandoque ad cutem vniuersam expellitur, fitq; is morbus, quem Elephantem nominant. Nam & aliquando ad alias corporis partes, quæ cæteris sunt imbecilliores, humor iste defertur, atq; euidenter apparent, quæ in illa parte sunt, venæ nigro sanguine ac crasso plenæ, quantoq; D
crassior fuerit ac nigrior, tanto deterior est passio.In mãmillis autem sæpe vidimus tumorem forma ac figura cancro animali exquisite consimilem.Nam,quemadmodum in isto pedes ex vtraq; parte sunt corporis,ita in hoc morbo venæ distenduntur, ac figuram omnino simílem cancro repræsentant.Hunc morbum per sui initia sæpe sanauimus. Sed, vbi in molem insignem satis euectus est,nemo sine manus opere potuit curare. Itaque vniuersæ chirurgiæ tumorem præter naturam excidentis intentio est totum tumorem, qua partibus sanis adhæret, circuncidere: sed ob vasorum magnitudinem, cum præsertim fuerint arteriæ, profluuij sanguinis statim periculum imminet: quòd si laqueis eas circumprehendas, sympathęæ, ideſt passiones per consensum, insequuntur. Si autem & morbi radices exurere statuas,neq; huic rei maximum periculum deest, cum prope principes partes fit adustio. Hunc igitur morbum (vt diximus) in principio sanauimus,& tunc præsertim,cum melancholicus humor non admodum crassus videbatur existere. Nam hic purgantibus medicamentis,ex quibus sanitas sequitur,prompte succumbit.Neque obscurum est huiusmodi medicamenta debere esse euacuandæ atræ bili accõmodata. Quod tandiu faciendum est,donec sanitas pristina parti subsequatur,quãdo ratio victus optimos generans humores interim adhibeatur. In Alexandria quidem elephantis morbo plurimi corripiuntur propter victus modum & regionis feruorẽ. At in Germania & Mysia rarissima hæc passio videtur.

Universidad del Rosario Archivo Histórico

Et apud Scythas lactis potatores nũquam ferè apparuit. In Alexandria vero plurimũ generatur E
ob victus rationem. Comedunt enim farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salita, &
non nulli ex ipsis carnes asininas, & alia quædam, quæ crassum & melancholicum humorem ge-
nerant. Nam, cum circunstans aer calidus sit, motus humorum agitur versus cutem. Huic igitur
morbo, quas antea diximus, cõferunt purgationes. Quòd si & ætas & virtus permiserint, sanguis
prius mittendus est. In cancris vero non inutile est, neq; in istis, vbi nihil prohibet sanguinem
mittere, demum purgare: &, si fuerint mulieres, menstrua euocare, siquidẽ nondum quinquage-
simum annum attigerint. Patienti autem particulæ succus solani imponatur, nam hoc medicamen
ad huiusmodi vtile est. Quòd si nolit ęgrotans medicamẽto adeo humido illiniri, cum præsertim
domum exire cogatur ad consueta negocia peragenda, medicamen ex pompholyge constans est
imponendum, quo me vidisti vti ad cancros exulceratos: et, si hoc non adsit, adhibe alterum medi
camentum nostrum, quod ex chalcite fit. In victus vero ratione succus ptissanæ abundanter exhi
bendus, & serum lactis: & ex oleribus malua, atriplex, & bletum: &, quando tempus tulerit cucur
bitas, ipsis etiam est vtendũ: & piscibus petrosis, & auibus omnibus, exceptis palustribus. Sed
his, qui elephantiam patiuntur, in viperarum esu est mirabile auxilium. Ita vero eas cõdire opor-
tet, quemadmodũ vidisti Marsos, qui feris venenatis & aspidibus nutriuntur, Capite quidẽ pri- F
mum abscisso, & cauda, vsq; ad digitos quatuor: deinde omnibus interaneis exemptis, cute etiam
nimirum adempta: aqua deinde abluto corpore ipsarum. Sed neq; aliter, cum theriacã antidotũ
conficere volumus, vsq; ad hoc præparamus: sed deinceps concoquimus differenter. In theriaca
quidem paululum anethi & pauci salis in aqua ponentes: In his autem, qui elephãtiasi laborant,
in olla anguillarum modo præparantes, ex albo iure. Fit autem hoc modo. Aqua abundanter in
ollam funditur & paucum olei, & cum hoc porrum & anethum adijcitur. Liquet autem, quòd vi
perarum carnes sunt decoquendæ, donec exquisite molles reddãtur. Ipsum etiam medicamentũ
confectum ex viperis, quod theriacam appellant, optimum est ad potãdum ijs, q huiusmodi mor
bo laborant, vel etiã, sicui libuerit, ad cutem oblinendam: nam, cum omnia hæc facta fuerint, nõ
nunquam solet squama à cute decidere, quale in serpentibus quod senium appellatur.

Strumarum, Meliceridum & Hydropum curatio. CAP. II.

IN alijs aũt tumoribus præter naturã non putaui oportere eam, quę manu fit, curationẽ hoc in
loco scribendam, cum tu medicamẽta probatissima à nobis acceperis. In Strumis enim ea, quæ
astringere, & exiccare & pus etiã facere possunt: In his aũt, quę Melicerides dicunt, ea, quę has
dissoluẽdi vim habent, & quę pus resoluunt, & aquã in scroto & abdomine, medicamenta accepi G
sti, quibus etiã in aqua intercute laborãtibus vtaris. In his enim duplex intẽtio est, scilicet vt sane-
tur tumor durus in viscere, et coaceruata humiditas dissoluatur. At prius de induratorum viscerũ
curatione dictũ est: ⊰sed differunt cum talem tumorẽ partes patiuntur, & differentem exigunt cu
ram. ⊱Quare curatio hydropum ad has tres reducitur intentiones, vt sanemus durũ tumorem, q
in viscere est, vt ea apponamus, quæ humiditatem dissoluunt, & medicamenta, quæ vrinam mo-
uent, in potu demus. Hæc quidem tibi, qui ad longam peregrinationem accingeris, satis esse ar
bitror. Si vero (vt instituì) librum de medicamentis secundum mõrbos, & loca patien- * Al. genera.
tia composuero, illum in tuo reditu habebis. Sed & aliud opus magnum
amicis expostulantibus exarabitur, in quo tota ars curandi con-
tinetur. Quòd si tibi peregre detineri diutius contí-
gerit, singulos, qui à nobis scribentur, cõ-
mentarios ad te mittere non
grauabimur.

H

Post hunc librum collocari debuerat liber, cui titulus est, Quos,
& quando, & quibus medicamentis purgare conueniat:
qui in quinta Classe pag. 88. habetur.



GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARII QVATVOR,

Ioanne Vasseo Meldensi interprete:

Ab Augustino Gadaldino recogniti.

ARGVMENTVM.

Pertractat de ijs, quæ veteribus medicis in acutorum morborum victu controuersa erant, ac in primo quidem libro agit de Ptissana.

1 C *Vignidias appellatas sententias conscripserunt, hi sanè, quæ ægri in morbis singulis patiuntur, & quonam modo non nulla his eueniãt rectè scripserunt: atq; hactenus vel medicinæ quoq; imperitus quispiam rectè scribere potuisset, si ab ægro vnoquoq;, quæ lia patitur, probe intellexisset. Verũ, quæ medicum nõ referente ægro ipso perdiscere oportet, multa ex his sunt prætermissa, alia in alijs.*

QVod solum nihil eorum, quæ ægri patiuntur, prætermiserũt, qui gnidías scripserunt sententias: verum quoq; & vltra id, quod iustum est, de quibusdam mentionem fecerunt: vt paulo post ostendam. Neq; id artis opus est, si nihil prætermiserint eorũ, quæ à plebe ipsa cognosci possunt. Nõ etenim is artifici est scopus, sed, quæ ad curationem idonea sunt, omnia scribere. Quapropter sæpius non nulla adijcere, quæ vulgus non nouit, erit opus: & multa, quæ huic nota sunt, auferre, si nihil ad finem artis conferre videantur.

2 *Et quædam ad coniecturalem cognitionem (τεκμαρσιν dicunt) peropportuna.*

Τεκμαρσις est, quæ per τεκμήριον fit, cognitio. τεκμήριον autem appellant veteres syllogisticum signum, non autem simpliciter signum omne, vt in opere de coniectura & signo est demõstratum. Quæ igitur medicis ad huiusmodi cognitionem tum necessaria tum vtilia existũt, non omnia ait gnidijs in sententijs scripta esse: sed prætermissa pleraq;.

3 D *Cum autem ad coniecturalem cognitionem dicatur, quonam modo curare singula oporteat, in his multa aliter, quàm illi enarrauerunt, sentio.*

Ex quo multa, quæ ad coniecturalem cognitionem expedita & idonea existunt, à gnidijs medicis prætermissa esse dixit, quam nam dicat coniecturalem cognitionem, ipse deinceps docuit in quiens, Quonam modo curare singula oporteat. Nempe, quod ad horum inuentionem vtile fuerit, id ex arte est. Sed forsan quis opinabitur prætermissas esse, quæ tum ad dignotionem, tum ad prænotionem conferunt, coniecturas. Verum res non ita habet, cum de necessitate in his, quæ ad curationem idonea sunt, hæ contineantur. Si enim ad optimæ curationis inuentionem nihil conferrent morborum dignotio & futurorum prænotio, prorsus hæ superuacarent. Nunc autem, quòd conferant, ob id commodæ existunt. Ergo, quòd affectuum dignotio ad curationem valde necessaria sit, recensere non est opus. Nam in primis, quisnam sit morbus, dignoscere oportet, deinde curationem ipsius ita aggredi. Quòd vero prænotio ad curationem quoq; commoda sit, demonstrauit in præfatione prognostici Hippocrates. Qui ergo omnia, quę ad medicinam spectant, commoda ea vel ad dignotionem vel curationem vel prænotionem esse dixerit, virtute idem dicit. Curatio siquidem per se à medicis exercetur: Prænotio autem & di-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

gnotio propter curationem. Quo fit, vt nemo finem artis dignotionem vel prænotionem, ſicuti E
curationem, aſſeuerauerit. Intellige autem impreſentiarum curationem, ſublationem morbi, nõ
eam quidem, quæ adhuc fit, ſed quæ iam facta ſit. Sed de omnibus abũde eſt ſcriptum in eo libro,
qui de fine medicinæ agit. Nec expedit, vt impræſentiarum quippiam præpoſtere & præter inſti
tutum faciamus (græce παράεργον ἔργον ποιεῖσθαι, dici ſolet) vtpote, qui iam veteris mentem vel ſine
exquiſito finis examine cognouerimus. Verum, cum & modo alio dictio præſens pleriſq; in exẽ
plaribus, fide etiam dignis ſcripta ſit, de ea mentionem facere non intempeſtiuum fuerit. Differt
autem ab ante ſcripta dictione litera vna videlicet, ἤ, id eſt vel, vt ad hunc modum græce ſit. ὁπόταν
δὲ εἰς τέκμαρσιν λέγηται, ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἐπιτρέψειν, id eſt, Cum aũt quippiam ad cõiecturalem cogniti-
onem dicatur, vel quonam modo curare ſingula oporteat. Qui ita ſcribunt, per τέκμαρσιν dignotio
nem & prænotionẽ intelligunt. et per verba hæc ὡς χρὴ ἕκαστα ἐπιτρέψειν, id eſt quonam modo curare
ſingula oporteat, curationẽ nolẽtes eã in τέκμαρσιν nomine contineri. Quod ſi ita habet, in ante
ſcripta dictione, qua dicitur, Multa p̃termiſſa ſunt alia in aliis, & nõ nulla ad cõiecturalem cogni-
tionẽ peropportuna, nõ recte ſanatoriã artis partẽ p̃termiſiſſe videẽ Hippocrates. Sed, cp hi reipõ-
deant ob id reſumptã ſcriptãq;, quæ ſequitur, dictionẽ, vt, quod ſanatoriũ eſt, adijceret, nemo eſt, F
qui ignoret. Verum, qm̃ de re ad curationẽ congrua diſceptatio non ſit, ob eas res ſermonem pro
trahere eſt ſuperfluum. Pergamus igitur ad ea, quibus, quæ ad ſanationem vtilia ſunt, docet.

Atq; non ob id ſolum non laudo: verũ quòd & paucis numero ſint vſi medicamentis. Nẽpe maximus numerus 4.
medicamentorũ, quibus in morbis nõ acutis vſi reperiũtur, eſt tempeſtiue exhibitorum tũ elaterij, tũ ſeri, tum lactis
{quæ ſi bona eſſent, morbisq; quibus dari conſerent, congruerent, multo ſanè digniora laude erant, quòd pauciſſima
ſatisfacerent. Sed res impræſentiarum non ita habet.}

Paucis quoque numero auxilijs vſos eos ait, niſi in acutis morbis. quaſi in his multa dixerint.
quod ſanè fecerunt. Quę vero longis in morbis dixerunt, hæc re vera contra ſe habent. Nã & per
tempeſtiuam elaterij, ſeri, & lactis potionem perficiuntur.

Qui vero ſecundum adornauerunt librum, hi medice magis, quæ ſingulis exhibenda ſunt, percurrerunt. 5.

Liber ſecũdus poſt primũ ſcriptus, ἐπιδιαπεπυκάσθαι, ideſt adornatus digeſtusq; dicitur, cum in-
ſtitutum habens idem, & plurimas dictionum eaſdem, non nulla quidẽ eorũ, quę in priore erant,
abſtracta habet, alia autẽ adiecta, & alia permutata. Exemplũ rei huius, ſi perſpicuitatẽ deſideras,
ſecundum Eupolidis Autolicum ex priore adornatum digeſtumq; habes. Sic & gnidias ſenten- G
tias à primis ſecundas gnidij ediderunt medici. quæ nõ nulla quidem haberent eadẽ omnia, alia
vero adiecta, & alia ſublata, veluti & alia permutata. Secundum igitur hunc librum Hippocrates
priore medicinalem magis eſſe aſſerit.

Sed de diæta, id eſt victus rõne, nihil, quod effatu dignum ſit, cõſcripſerunt veteres, quanquã id magnum eſſet. 6.

Is curationis ductus contextusq;, qui per conſuetã materiã efficit; Dieta, id eſt victus ratio, nũ-
cupatur: vt, qui per conſuetas tum ſectiones tũ aduſtiones & quęcunq; alia manu fiũt, Chirurgia.
tertiam ab his medicinæ partem pharmaceuticen dicunt, quæ ſcilicet per medicamẽta abſoluitur
perficiturq;. Accuſat autem priſcos Hippocrates, q, de victus ratione nihil effatu dignum conſcri
pſerint: idq; dixit, nõ quòd nullum, quod ad victus rationem ſpectaret, theorema conſcripſerint,
ſed q non effatu dignum. Qualenam autem ſit effatu dignum, docebit in ſequentibus.

Fuerunt vero, qui varios morborũ ſingulorum modos, diuerſasq; horum ſectiones duiſionesq; nõ ignorauerint. 7.

Non ſolum varios morborum modos non ignorauerũt, verum quoq; & vltra, quàm decet, de
his ſcripſerunt: vt oſtendam in ſequentibus. H

Verum morborum ſingulorum numeros clare pronũciare volẽtes, non recte ſcripſerunt. quippe cum non facile 8.
numerari queant, ſiquis languẽtium morbos alterum ab altero quadantenus differre, nullumq; morbũ eundẽ vide-
ri, quin idem quoq; nomẽ habeat, coniecturauerit: Mihi vero placet omni in arte animum tũ conuertere tum appelle-
re. Nam, quæ probe vel recte procedũt officia, probe & recte ſingula peragere oportet. Quæ item celeritatẽ deſide-
rant, celeriter adimplere: et, quæ ſyncritatẽ, ſyncere: &, quæ ſine dolore adminiſtrari poſtulant, citra dolorẽ omnẽ
adminiſtrare. Cætera quoque huiuſmodi omnia inſigniter præ alijs ad meliorem formam nos redigere conuenit. Ma-
xime autem medicum laudauero, qui in morbis acutis, vi quorum plurimi hominum enecantur, inſigniter præ cæte-
ris in melius procedat. Sunt igitur acuti morbi, quos priſci nominatim perſtrinxerũt, pleuritis, peripneumonia, phre-
nitis, lethargus, cauſus, & quicunq; alij hos conſequuntur morbi, quorum febres prõrſus continuæ interficiunt. * τουτέστιν.

Dixit paulo ante gnidios medicos confeſtim ab initio de morbis, pluſquam oportet, ſcripſiſſe.
Scripſerunt ſiquidem bilis morbos ſeptem: Pari modo & paulo infra, veſicæ duodecim: Renum
quoque quatuor: Stranguriæ quatuor: Deinde tetanos tres: Morbi præterea regij genera qua-
tuor: Atque tandem phthiſes tres. Nempe ad cõrporum varietates, quæ multas ob cauſas permu- *. Al. ſympto-
matum.
tabantur,

Atabantur, reſpexerunt, morborum identitatem haudquaquam contemplati. quo modo eſt contẽ-
platus Hippocrates ad horum inuentionem methodo vſus. qua duntaxat morborum numerum
inuenire conceditur. Methodum autem eam in methodi medendi principio demonſtrauimus, di
ximusq; aliquid in libro de elementis ſm Hippocratis mentẽ. Habes quoq; & à nobis compẽdio
quodam ſcriptum vnum de morborum differentijs commẽtarium. ſed hoc in loco dictiones pro
ſequi eſt opus. Nempe is expoſitionis ſcopus exiſtit. † Nam ſiquis inter exponendum demõſtra-
tiones ſcripſerit, ſermonem protrahet, & precipuam, quę ſanationis morborum cauſa exiſtit, di-
mittet. partem, inquam, quę ad maxime letalium morborum curationem excellit præſtatq;. Sum-
ma quidem præſentis dictionis hęc eſt, particularia vero dictionis deinceps explicabo.

† Al. Ex græcis antiquis. Nã, ſi quis inter exponendum demõſtrationes ſcripſerit, nec poſtea lõgũ perſecerit ſermonẽ ſanationis morborũ cauſa, is ꝑcipuam partẽ dimittet: partem &c.

9. *Cũ enim nullus communis peſtiferi morbi modus paſſim graſſatus fuerit, ſed morbi & σποράδες, id eſt ſpar-*
ſim priuatimq; prehendentes, & ſimiles fuerint: ab his plures, quàm ab alijs omnibus, intereunt.

Oſtẽdit hac oratione Hippocrates † morbos multos vno fieri tpe, quos, ſi pernitioſi fuerint, pe
ſtem appellant: ſi vero mitiores, altera quadam indicãt appellatione, epidemos vel epidemios no-
minantes. vt epidemus morbus ſit, qui tempore aliquo in regione aliqua abũdet inſoleſcatq;. Pe-
ſtis vero, epidemia pernitioſa. Eſt autem & aliud morbi genus commune multis, quod in regio- B
ne ſuperuenit accreditq;, endemumq; vel endemium appellitatur, quaſi patrium dixeris aut ver-
naculum. His autem omnibus aduerſantur σποράδες, id eſt qui ſparſim priuatimq; prehendunt,
ęgros diſcrepanter fatigantes, neq; ſm cõem modum conſtantes. Sed quidnam eſt, quod ab Hip-
pocrate dicitur? Sed morbi, & σποράδες, & ſimiles fuerint. Nempe contrarium dicendum fuit. Et
non ſimiles eos inter ſe eſſe: ſi vtique ipſa morborum ſimilitudine & endemum, et epidemum, &
peſtiferum iudicari debuit. Duorum igitur alterum, vel meliorem hanc ſcriptionem exiſtimare
oportet, Sed morbi & σποράδες, & non ſimiles fuerint: vel ſimiles eos dicere oportuit non inter
ſe, ſed morbis antedictis, id eſt conſuetis: quoniam rarius quidem tum epidemij tũ peſtiferi fiunt:
vocati vero ſporadici frequenter. De quibus & hoc in loco agetur: veluti de epidemijs in libro
epidemiorum morborum, & de endemijs in libro de aquis, aere, & locis. Nullum autem pecu-
liarem de peſte confecit librum, quoniam ex epidemijs vnum eſſe illam per libros epidemiorum
demonſtrauit.

10. *Idiotæ vero non admodum cognoſcunt eos, qui in huiuſmodi alijs præſtant.*

C Idiotas ait non omnino cognoſcere medicos eos, qui, quãtum ad huiuſmodi morbos attinet,
alijs præſtant, quòd autem acutos dicat, palàm eſt, de quibus ante ſermonem fecit.

11. *Aliaq; auxilia magis laudant, vituperantq;.*

Neq; cõueniẽtes, neq; laudabiles curationes dignoſcere ait idiotas, ſed alias magis. Quo fit, vt
illi nequaquam recte laudent culpentve. Deinceps tanquam eorum, quę dixit, demonſtrationẽ
adijciens, hęc ſcribit.

12. † *Magnum autem rei argumẽtum, quòd vulgus morbos huiuſmodi ſanationemq;. Vtpote rude, planè ignoret, eſt*
hoc. nempe, qui medici non ſunt, medici eſſe ob huiuſcemodi morbos videntur. facile ſiquidem nomina diſcuntur,
quæ apud ægros vſui eſſe exiſtimata ſunt. Si enim quispiam ptiſſanæ cremorem, vinumq; tale vel tale, & melicra-
tum nominauerit, referre omnia eadem medici tum boni tum mali plebeijs huiuſmodi videntur. Sed res ipſa ſecus
habet. Nempe hi, quantum ad hæc attinet, ſupra modum inter ſe differunt.

† Al. Nicolaus Lauachius ita vertit. Cui⁹ rei indicium manifeſtũ illud eſt, quòd ipſi inter ſe vulgares aduerſiſimi in affectibus eiuſcemodi videtur. quamobrem diligenti eſt aũadueꝛſione opus. Qui. n. medici nõ ſunt, credũtur medici, in his ꝑtũ morbis, leue cũ ſit eorum didiciſſe nomina, quæ patiẽtib⁹ eiuſcemodi, conferre admodũ credã tur.

Quòd materijs hmõi eorũ, q̃ ad victus rationẽ ſpectant, medici vtãtur tum boni tũ mali, ob id
quiſnã melior ſit, dignoſcere nequeũt idiotę: vtpote q ꝺdiſcernere non poſſint, quinã tẽpeſtiue & D
debito modo preſidiorum materias ęgris adminiſtrent: & quinam citra hęc. Hippocrates autem,
vbi impreſentiarum ſecũdũ præfiniuit prooemium, à præſenti oratione conſequentia exorditur.

13. *Digna aũt ſcribi mihi maxime videntur, quæ, quãquã medicis vtilia exiſtant, tamen ignorantur: quæ, inquã,*
inſignes profectus, & inſignes offenſas afferunt. Quæ aũt ignorantur, hæc ſunt. Cur in acutis morbis medici qui-
dam ptiſſanas non colatas perpetuo exhibeant, & recte curare ſeſe exiſtiment. Alij omnino contendant, hordeum
vt nullum æger voret, ſubſecuturam inde, quæ inſignis ſit, offenſam veriti: ſed cremorem linteo colatum porrigãt.
Alij vero neq; craſſam ptiſſanam, neq; cremorem exhibeãt: atq; ex his quidam, quoad æger ad ſeptimam uſq; per
uenerit diem, alij perpetuo, donec morbus iudicatus fuerit.

Logicã magis ſpeculationẽ ſapere videt, quod ab Hippocrate in qõnẽ diſceptationẽq; ponit:
cũ & ſine hmõi ſpeculationibus recte ſanare queamus. Nẽpe morbos recte ſanare ineſt medicis
ex faciendorũ cognitione, & non ex inueſtigatione cauſæ, ob quã ſunt controuerſi, qui varias in
hmõi morbis ſcripſerunt curationes. Eſt vero ſm veritatem id nõ cõmodiſſimum modo, verum
quoq; & omniũ primũ, atq; quæſitu neceſſariũ, vt ꝓcedẽte exponã ſermone. q enim qõne dignũ
ſit, quod ꝓponit, & quo ſoluat modo, ante percurrere eſt melius. Quòd igitur qõne dignum ſit,
hinc diſces. Nã de philoſophorũ cõtrouerſia nullã habemus, quæ euidens ſit, coniecturam. Neq;
enim

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

enim si genitus mundus sit, neq; si interitus consciꝰ, neq; si extra ipsum inane nō sit, neq; si infi- E
nitus, neq; si is solus vnus sit, neq; si plures, neq; quot numero si plures, neq; horū multitudo in-
cōprehenlibilis sit, aut infinita, manifeste coniectari potest. Ad hunc sanè modum & de alijs mul-
tis, quæ in philosophia quæruntur, nō nulla quidē iudicare prorsus nequiuimus, alia vero non si-
ne magna cōtemplatione. Verū de ipsis, quæ ægros iuuāt, vel lædūt nō similiter est. Nēpe, etsi ad
ipsa inueniēda longo opus sit tpe, víroq; à multis discrepāte, q̄ tñ sese reperisse quidā iactant, ea
facilē habere iudicationem videbuntur. Nēpe, si ægris quidem adhibita pręsidiū attulerint, lauda
re oportet atq; agnoscere: si vero detrimento fuerint, vitare atq; repellere. Quæ vero nihil auxilij
vel offensæ effatu dignum præstiterint, in neutrius horū ratione censere conuenit. Sed sanè medi
cos ab euidēter offendētibus abhorrere oportet. Si ergo parum exūperantibus insistant, qui quo * Al.lędētibus
uis modo ab initio sunt opinati, nihil mirum videri debet. In his vero, quæ admodum recesserūt,
atq; vsqueadeo vt à quibusdam laudentur, ab alijs culpētur, admirari quispiā eos poterit, qui val-
de offendentia extollunt, vel eos, q̄ vere iuuantia vituperant. Id sanè est, quod Hippocrates parti-
culari vno exemplo proponit. Dictum autem & id, nec secus ipsius solutio ab Erasistrato in pri-
mo libro de febribus, paucisq; & euidenter, vtpote qui Hippocratem planè est secutus. Percurrēs
etenim in libro præfato medicos tum eos, qui aduersissimum febrientibus victum præscribunt, F
tum eos, qui longis inedijs ægros ipsos conficiunt, atque Petrōnam ipsum, qui tum carnes tum vi
num exhibebat: in textura sermonis hoc infert pacto. In multis igitur valde magnis plagis decide »
bant, si aūt febrientes oēs ex tali curationis modo male liberabantur, qui ita curabant, à curatione »
desistebāt. Sed, vt videtur, nō febribus oībus opem fert is sanationis modus. Laudandi igitur cū »
Erasistratus, tum alij, qui quæstionem hanc proposuerunt, & solutionem eius scripserunt. laudā-
dus quoq; & qui præ cæteris eam proposuit. Sciueris præterea & eam non magis de acutis mor-
bis, q̄ de alijs, omnibus, proponi soluiq;. Nempe responsio de omnibus communis est. Non enim
in acutorum modo, verum quoq; & morborum aliorum curatione controuersi fuerunt medici,
atq; ob id longo tpe sua in cibi exhibendi regula permanent, q̄ non nullos ab ea euidenter iuuari
vident. In cæteris autē, qui nihil inde auxilij recipiunt, cito quidem & ęgros occulte aliquid deli-
quisse suspicantur. quanq̄ id non sit, sed quod retulit Hippocrates in libro de fracturis: vbi agens
de his, qui fracturas cum vulneribus perperam ligant, atq; ob id ledunt, ait: Non enim deligatio »
nem causam esse existimant, sed aliud quoddam infortunium. Sic & eos in victus ratione opinari »
par est. Quod autem præsenti in oratione recēsuit Hippocrates, id palàm est, vbi quis eam secum
cogitans bis & ter legerit. Nempe ex particulari exemplo communem doceri sermonem compe- G
riet: quem & vniuersalem vocare consueuerunt, non Philosophi modo, verum quoque & propè
omnes Logicæ artis non imperiti. Erasistratus ergo aduersissimarum meminit victus rationum.
Hippocrates vero relictis monstrosis alienisq;, ad moderatiores se contulit. Monstrosæ etenim
alienæq; vere sunt, tum quæ per inediam fiunt summam, tum quæ per repletionem immoderā-
tam: qua vtebatur Petrōnas. Moderatæ vero, quarum meminit Hippocrates in acutis morbis, ab
insignibus exhibentur medicis. Quidam enim hordeaceam ptissanam in his administrāt, alij cre-
morem duntaxat, alij ne hunc quidem in acutis morbis ante iudicationem, sed tempore interiacē
te solos exhibent potus, aquam, melicratumq;, &, si opus sit, oxymeli. Controuersiæ igitur causa
est, quam Hippocrates ipse in sequentibus exequetur, & quam ab Erasistrato in primo de febri-
bus bene enunciari asserebam. Est autem ea, quòd aliqui solo ptissanæ cremore indigent, alij hor-
deacea ptissana, & alij horum neutro, sed potibus solis ad iudicationem vsque fœliciter seruātur.
Demōstrabit autem in sequentibus quinam hordeacea indigent ptissana, et qui solo ptissanę cre-
more, & qui neutro horum.

Sanè quæstiones huiusmodi proponere medici non consueuerunt: neq; forsan, si proponantur, soluuntur. 14.

Quòd primus Hippocrates quæstionem hanc proposuerit, soluerit q̄, ex hac notum euadit di- H
ctione. Neq; enim, inquit, tales quæstiones proponi à medicis consueuerunt. Quòd si & eas quis
fortassis proposuerit, solutio non reperietur.

Calumniam vero vsqueadeo grauem patitur apud vulgum ars tota, vt nullo pacto medicina esse videatur. 15.

Hac quoq; in oratione ex particulari exemplo rem quandam vniuersalē docet. Nempe in pri-
mis qualemcunq; ingredientium exercitationem controuersia iustam ignorantiæ suspicionem
ostendit. Secundo concordia ipsa iustam magnamq; cognitionis spem demonstrat. quod nimirū
mathematicis demonstrationibus valde contulit. Neq; enim discipulos solū allíciunt, credulosq;
reddunt, verum quoq; & apud idiotas sese verissimas existimandas præstant. Mathematicis igit
demonstrationibus vsos āit, qui euidenter quippiam & citra quāuis ambiguitatem demonstraue
runt. Sed controuersię rationem diligenter in sequenti oratione prosequitur. * Aiunt. s. idio-
tę, est in veteri
tralatione.

Quapropter acutissimis in morbis vsq; adeo dissentiunt inter se artifices, vt quæ alter porrigit optima esse existi- 16.
mās, ea alter mala esse putet. atq; ferè ob id vaticination(quā græce μαντικὴν vocāt) ars ipsa similis esse videatur.
augures siquidem alitem eandē, si ad sinistram volauerit, bonam faustamq; esse putant: si ad dextram, malā infau-
stamq;

A *stamq;. Talia quoq; in aruspicina (quam ἱεροσκοπίαν dicunt) videntur, alia in alijs: sed vaticinantiū nō nulli con-*
traria sentiunt. Dico autem speculationem hanc esse & pulcherrimam & germanam, propter quam plurima &
commodissima, quæ in arte comperiuntur.

Μαντικὴν appellauit Hippocrates, οἰωνιστικὴν ἱεροσκοπίαν vero, θυτικὴν à plerisq; appellatam, quā vere antiqui etiam alij ἱεροσκοπίαν vocant, quòd ἱερεῖα, id est hostias suspicientes, qui in ea scientia graues & præstantes sunt, ex ipsis ventura prænuncient. ἱερεῖα autē scimus appellari omnia, quæ dijs ad honorem exhibemus, quales sunt, quæ litantur victimæ, quarum exta inspicientes ἱεροσκόποι, id est aruspices, prædicunt. Eos vero, qui ex auium volatu augurantur, quos οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους, id est auspices, appellant, nunc μάντεις, id est augures, appellauit Hippocrates. quāquam μάντεως nomen & μαντικὴς de omnibus, quæ ita prędicunt, artibus proferatur. Nempe μάντεις vocantur & ἱεροσκόποι, & οἰωνισταὶ, & qui appellantur γενεθλιακοὶ, & qui per notas & victimas, futura prædicunt. præterea & χρησμολόγοι, id est fatidici, & θεομάντεις, id est diuini vates. Sunt, qui & ὀνειροπόλους, id est somniorum interpretes à poeta appellatos inter μάντεις, id est vaticinantes, collo-
cant. Sed constat Hippocratem solos οἰωνιστὰς appellare μάντεις, vt poeta appellauit. Nam is in ple-
B risq; sui operis poetici partibus οἰωνιστικὴν artem venturorum prænotionem esse demonstrat. Quo
modo & in primo Iliados circa inirio ait, ἀλλάγε δ' ἤτινα μάντιν ἐρείομεν ἠὲ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, id est, Consulamus itaq; augurem quempiam, aut aruspicem, aut somniorū interpretem: Nempe & ab Ioue ostenduntur insomnia. ἱερῆα quidem dicens, ὀνειροπόλον: ὀνειροπόλον verò qui circa somnia versatur: μάντιν autem οἰωνιστὴν, id est augurem auspicemq;. Sæpius ete-
nim in suo opere poetico huius meminit in maximis rebus, diuinandi etiam arte per alites vsus.
Sed forsan hæc, & quàm decet, plura de huius nominis μάντεως appellatione dicta à nobis sunt.
atque ob id, ad quod dicitur, transire iam est tempestiuum. Quod enim ait Hippocrates, tale est.
Qui diuinatorias artes prosequuntur, in particularibus multis nihil minus, quàm medici, discor-
dant. Vidi equidem aliquando augures in volatibus ipsis, quos dextros & sinistros memorauit
Hippocrates, discordantes. Alter arabs erat, alter græcus, atq; ex Asia nostra. Arabs dicebat de-
xtram alitem, laborantes mulieres seruare: sinistram víros. Qui vero ex Asia nostra erat, dextram
alitem in virorum morbis apparentem, interrogātibus ipsis, si seruaretur, astruere interrogatio-
nem recensebat, sinistram vero denegare. Interrogabam igitur eos, si quomodocunq; volantem
vel dextram, vel sinistram alitem pollere eadem significandi facultate dicerent, nihilq; differre pu
C tarent, si aut celsissima aut terræ propinquissima, aut media volaret. Et si media, an si propius vel
celsissimam, vel infimam, vel adhuc inter has mediam. Pari modo, & si auis vel propinqua vel lō-
ginqua volaret, an ne in his nulla foret distinctio. Arabs eas nihil ea, q̄ vel in altitudinem vel lon-
gitudinem vel latitudinem esset, distantia discrepare respondebat. Græcus vero de symmetro di-
stinguebat, dextro & sinistro. asserebatq; ab auguribus hæc scripta esse, atq; immoderatas distan-
tias moderatis contrarias. testesq; in eam rem libros Apolletis, Athenæi, Cheræmonis, Artemi-
dori, Phocæ, atq; aliorum multorum, qui in augurandi arte clari essent, proferebat. Deprehendi
proculdubio Arabem & confusum & à distinguēdi arte alienum: Græcum vero distincte loqui,
& artificem esse. Nempe artis, quæ suorum theorematum iudicium per experimenta habet, dis-
fidentia ex distincta & indistincta rerum explicatione oritur. Quod ab Hippocrate edoctus græ-
cum augurem in auium volatu artificiosum magis videri iudicaui: ex abundantia vero celebra-
tissimos augurum testes adducens, adhuc magis fide dignus erat. Cum vero etiā Arabs plurimos
ægrotantium, quibus vera prædixerat, testes citaret, succedentis vt plurimum euēti subsecuti cau
sam pronunciaui. Nempe, si auis dextra moderate distans víros seruat, immoderate vero distans
fœminas: sint autem cōplures, quæ immoderate distent, vna vero duntaxat, quę moderate: iure q̄
D dem multis succedet ex animi sententia, paucis vero non succedet. Græcus autem alias adijciebat
distinctiones, quibus, etsi dextra auis immoderate distaret, interdum tamen seruandum virum la-
*Al. lanificum. borantem declararet. Nempe, qui molle & muliebre studium exerceret, veluti & sacrificiulū mu-
lieris schemate seruari dicebat. rursumq; & id ab optimis scriptum esse auguribus demonstrabat.
Adde quòd & alias quasdam adijciebat distinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbaē.
Retuli hæc propter sequentem dictionem, quam nemo conuenienter exposuit, sicuti neq; eam,
quæ ante scripta est, vbi ait: Quæstiones sanè huiusmodi proponere non consueuerunt medici,
neq; forsan, si proponantur, solui reperiuntur. Nā, cum inquit græce τοιάδε, latine huiusmodi. i.
quæ ita dissident, quidam de ptissana sola perperam intellexerunt: alij autem paulo his melius de
victu acutorum: alij de omni simpliciter victu: alij vero de curatione vniuersa prioribus quidem
melius, sed neq; adhuc absolute. Causam autem totius dissidij quę sequit Hippocrates in omni arte,
q̄ experimētis iudicari possit. Quòd aūt id ita habeat, manifeste per sequentē cōdisces orōnē.

17 *Nempe & ægris omnibus ad sanitatem magnum quippiam potest, sanisq; ad securitatem, sese q; exercitantibus*
ad bonum habitum, atque ad quod quilibet voluerit.

Sermo præsens eos arguit, qui Hippocratem existimant præscriptam dictionem de ptissana
sola

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſola propoſuiſſe:eoſq;,qui de victus ratione ſiue acutorum morborum, ſiue ſimpliciter vniuerſa E
factum id putant:pari modo & eos,qui de curatione vniuerſa problema eſſe exiſtimauerunt.Nẽ
pe prior oratio,quæ ita habet,Nempe & ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt,
eos arguit,qui de ptiſſana,atq; alios,qui de ſola vel acutorum vel morborũ aliorum victus ratio-
ne antecedentem orationem eſſe opinantur. Neq; enim ægri omnes à ſola victus ratione cura-
tur:cum multi ſint,qui manuum opera & medicamentorũ adminiſtratione indigeãt, adhuc vero
magis neq; à ptiſſana ſola.Neq; igitur de diæta ſola acutorum,neque diæta ſimpliciter, quæ eſt in
omnibus morbis,ſermo Hippocrati exiſtit,neq; de ſola ea,quæ ex his oritur controuerſia: ſed de
omni ſimpliciter arte,quæ experimentis tum diſcerni,tum iudicari nata ſit. Qui etenim cõmune
vniuerſaleq; iudicandi inſtrumentum reperit,per id,quę particularia ſunt,iudicat.Particulare au
tem vnum eſt,et quod de ptiſſana medicis in controuerſiam venit:ſicuti & quod de victus ratiõe
non acutorũ modo,verũ quoq; & morborum aliorum': atq; ẽt, quod generalius eſt,de curatione
vniuerſa,et,quod adhuc hoc generalius vniuerſaliusq; eſt,de omni corporis prouidẽtia,& ſi ſano
rum ea fuerit.Nẽpe & hi ea indigent arte,non quæ ad conſequẽdam ſanitatẽ præcepta tradat,ſed
præſentem conſeruandam. Quod non prætermiſit Hippocrates,cũ inquit,Sanisq; ad ſecuritatẽ.
Nẽpe, vt talis ſeruetur,ſecuritate eſt opus.Vtilẽ quoq; ait eſſe ſpeculationem & his,qui exercitã- F
tur ad habitum bonũ. Vt enim ægrorum curatio ea,quæ nunc ab Hippocrate propoſita eſt,ſpecu
latione indiget:ſic & ſanorum ſecuritas,vt præſens ſanitas conſeruetur. Sic & ſeſe exercitantium
prouidẽtia,vt bonum habitũ cõſequãtur.Hęc igitur oĩa artis,quę circa corpus verſatur,ſunt.Sed,
quod ſerie cõtinuata dicitur,ad oẽm extenditur artẽ. Quidnã etenim eſt,quod ait,Et ad quod q
libet voluerit:Nẽpe augur,aruſpex,muſicus,rhetor,& artifex oĩs ſimpliciter cauſam eius,quæ in
ſua arte reperitur,controuerſię vnam eſſe exiſtimat: cũ ſcilicet vnuſquiſq; ex particulari vniuer-
ſale facit.Ita ſanè & in auguribus factam controuerſiã deprehendi:eũq; qui veriora loqueret,iudi
caſſi:atq; ob id augurum memini Arabis & Græci. Nempe artis omnis conſtitutio ex propriorũ
à communibus diſtinctione oritur.Qui enim hæc diſtinguere poteſt,is optimus cenſetur artifex.
Vt autem conſtitutio,ſic & iudicatio in diſtinctione ſubliſtentiam habet. Nempe falluntur,q ar-
tes conſtituunt,cum, quod cuipiam cõtigit,id vel in oẽs vel in plures,q̃ oportet,extẽdunt. Quod
ſiquidem nulli prorſus contigit,nemo id in tali arte perſuadebit ſibi verum eſſe.Nam in hoc vere
oritur controuerſia,cum vniuſcuiuſq; rem ſibi perſuadet,non circa illud, quod aſſumitur cõfingi
turq;,contentioſe litigans.quo modo non nulli de quibuſdam ſecus, q̃ ſentiebant, fecerunt, quo
modo & qui proponunt ambiguũ eſſe,vtrũ vigilamus dormimus've, aut ſapimus inſanimus've. G
Quòd ſi manifeſtũ eſſe id indulgeatur,vtri ſanè magis vera loquuntur, anceps inquiunt eſſe,an q
vigilant,his,qui dormiunt,vel q̃ inſanientes,qui non inſaniunt.Nullus ſiquidem,qui ſibi rem p-
ſuaſerit,aut qui ſecum opinatus fuerit,ita ſermones facit:ſed qui contẽtioſe litigat,ſecusq;,q̃ ſen-
tiat,facit.Quidam aũt in arte medicinali res nouas quidem ſunt aggreſſi, cũ rebus prioribus me-
lius quippiam inuenire nequiuerunt,ſed vulgi affectionem,quam Hippocrates recenſuit, intel-
lexerũt.Nempe,quod externum inuſitatumq; eſt,& nondum, ſi vtile eſt, intellectum,laudãt ma
gis,q̃ aſſuetum,quod vtile eſſe eſt cognitum.Sũt,qui ob victus ſuauiſſimi affirmationem perſua-
dentes ægros alliciunt,doli vafriciæq; non ignari:ſed id propter lucri glorięq; cupiditatẽ, aggre-
diuntur.Dicta ergo ea,quæ verbis ſit controuerſia,quam viri huiuſmodi inter ſe habent, quę ſm
rei veritatem eſt controuerſia,ea oritur,quòd enunciatio nõ diſtinguatur,ſed de pluribus, quàm
oportet,vel omnibus tanquam ſimiliter habentibus efferatur.Atque ob id iuſte laudandus venit
Hippocrates,qui de ſola ſm rei veritatem meminit controuerſia,quam, qui artem conſtituere ali
quam volunt,patiuntur,cum ſecum ſuaq; in anima differenter opinantur,& non verbis ſubdole
ſimulatis id agunt ob gloriæ vel lucri cupiditatem.Nullus enim,qui animi conſilia vere per expe
rimenta iudicat,Petrωnę victus rationem recipiet,carnes aſſas adminiſtrans vinumq; nigrum in H
his,qui acuta laborant febre,neque in tanta ſiti ita temperãs,vt cotulæ aquæ vigeſimam porrigat
partem.Talia ſiquidem diætemata abſurda ſunt:duorumq; alterum exiſtit: Nempe aut,q̃ exter-
na ſunt,vafris ab hominibus exercitantur paranturq;:aut ſummam pp ſtupiditatẽ id agunt,ſi pla-
nè ſoli veritatem reperiſſe exiſtimauerint. Quæ vero ab Hippocrate ſcripta ſunt,ea in prudenti-
bus viris,qui vere artem conſtituere ſtudent,reperiri poſſunt.cum non maxima ſit læſio, quãdo,
quibus non oportet, offeruntur. Talia igitur diſtinctu difficilem habent eam,quæ experimentis
conficitur,iudicationem:quę autem valde differunt,facilem.Controuerſiam igitur in his,quę pa
rum inter ſe exuperant,iudicare,& quibuſnam ptiſſana ſola exhibenda in acutis morbis ſit,et qui
bus hordeacea,& quibus nullo pacto id faciendum ſit,ſed potus ſolus ad iudicationem vſq; por-
rigendus ſit,demonſtrare,Hippocratis intelligentia eſt dignum.

*Ptiſſana igitur frumẽtaceis guſtamẽtis recte præferri mihi videtur in acutis morbis.eoſq;,qui eã prætulerũt,lau
do. Nempe viſcoſitas eius lævis,continua,iucunda,lubrica,& mediocriter humens,ſitim minime infert:&.ſiquid
ablui eget{probe abluit.}non aſtringit,non male turbat,neq; in ventre tumeſcit.Nempe inter coquendum,quoad
maxime potuit, intumuit.*

Orationem hanc tantummodo legiſſe mihi videntur,qui librũ hunc de ptiſſana inſcripſerunt.
veluti

* In antiquis loco dictionis ἐνέκπλυτον legit ἐνίκμαστον,et ſic in commen. vt ſit interpretãdum, & ſi quid excerni facile ipſa excernit.

A veluti proœmij partem primam,qui aduerſus gnidias ſententias titulum fecerunt. Nam Hippo-
crates in ſecunda proœmij parte non amplius contra gnidios medicos agere, ſed ſeſe ad curatio-
nis acutorum morborum exercitationem conuertere eſt viſus. Tertia autem proœmij pars,quã
hucuſq; percurrit,ad eam,quæ victum morbis acutis præſcribit,artem ſpectat.Neq; tũ ad eam ſo-
lam eſt accommoda,verum quoq; & alteri,qui vniuerſalior ſit,ſubiecta eſt ſermoni. Demõſtraui
mus aũt in his,quos in ſcripta de fracturis articulisq; parauimus, cõmẽtarijs Hippocratem ſubie-
ctos{ſpecialesq;}ſermones,pro alijs quibuſdam vniuerſalioribus obſignare conſueuiſſe:doctri-
namq; vniuerſalium ex ipſis,quæ tanq; exempla conſtituit,efficere.Neq; enim ita ab inſtituto re
cedit,neq; ſæpius præcipit,quod multorum cõmune exiſtit. Quo aũt modo in ptiſſana ſermonẽ
fecit,cauſam eius,quæ de ipſa eſt,contentionis tum veſtigans tum decernens, ſic & de omni acu-
torum morborum victu rectam tulit ſententiam. Nam & de venæ ſectione & purgatione,& tũ
glãdis tum clyſteris vſu:de cataplaſmatis item,fotibus,vino,aqua mulſa,oxymelite, & balneo nõ
parua inter medicos exorta eſt controuerſia.Quæ omnia libro in hoc percurrit Hippocrates me-
thodo vna, quam nuper dixi. vim cuius etiam nouiſſe viſi ſunt,qui ſe empiricos nominauerunt,
dioriſmis.i.diſtinctionibus propria à cõibus ſeparantes. Conſueuerunt autem diaſtolas magis,q̃
B dioriſmos appellare ſermones,eos,qui quod proprium eſt,à cõmuni ſeparant diſtinguuntq;.Iam
ergo,quæ ab Hippocrate de ptiſſana dicuntur, videamus. Videntur ergo mihi (inquit) priores
medici frumentaceis guſtamentis prætuliſſe in acutis morbis ptiſſanam. Frumentacea guſtamẽ
ta intelligit,quæ ex frumento fiunt,frumentum aũt græce σῖτον homines appellant,maxime qui-
dem triticum,ſed iam tum hordeum ipſum,tũ zeam σῖτον appellant.Appellationem vero ad plu
ra extendentes,σιτάμετρια quoq;.i.cerealia appellata ſemina connumerant,lentem videlicet, fabã,
lupinum,cicerculam,panicum,milium,piſum,fœnum græcum,auenam,tiphã,cicera,& quęcun-
que id genus alia.Horum igitur omnium frumentaceorum guſtamentorum cętera quidem vul-
go damnantur,q̃ protinus magnum inferant detrimentum.Panis aũt vnus & chondrus in acu-
tis adminiſtrantur morbis.& cum his ſolis ptiſſana eſt conferenda.Lens ſiquidẽ,& milium, & fę-
num græcum, tãquam medicamenta, ob quoſdam ventris morbos exhibentur,& non tanq; nu-
tritura cibaria.Ptiſſanam igitur recte prælatam eſſe ait frumentacijs edulijs,pani ſcilicet, chõdro,
& zeæ,ex qua fit tragus appellatus.Nẽpe eorum,qui chondrum tpibus Hippocratis nondũ fuiſ-
ſe exiſtimant,ignorantiam argues tum ex quibuſdam antiquis comicis,qui chondri meminerũt,
tum etiam ex Hippocrate ipſo,qui in libro de victu ſalubri de chondro ipſo mẽtionẽ fecit. Nam,
C etſi liber ille Hippocratis non ſit, ſed vel Euriphontis, vel Phaontis,vel Philiſtionis, vel Ariſto-
nis,vel alterius cuiuſpiã ex antiquis(nempe ad multos librum hunc referunt) ſanè omnes hi vete
res viri ſunt,atq; ex eis quidam & Hippocrate antiquiores,alij vero tempore ipſius vixerunt.Lo
quor autem de Hippocrate Heraclidæ filio, qui librum hunc confecit.Nam auus ipſius Gnoſidi-
ci filius Hippocrates,quorundam iudicio nihil omnino ſcripſit,aliorum vero ſententia duos ſcri-
pſit, librũ.ſ.de fracturis, & librum de articulis. Quare autem ptiſſana frumentaceis edulijs non
perperam antepoſita ſit,demonſtrabitur per ea,quæ ipſe infert,inquiens, Quæcunq; etenim ad
acutorum morborum ſanationem inſunt bona,nulli alteri ineſſe comperies. Recte autem iudica
bis,ſi & acutorum morborum naturam & ptiſſanæ vires cognoueris. Natura igitur acutorũ mor
borum eſt,vt ipſe pauloante dixit,vt horum febres õmnino ſint continuę.febris vero ortus,calo-
ris natiui ad igneum eſt conuerſio,vt alibi demonſtrauit,& nunc manifeſtabit, inquiens ex thora
ce quidem incipere,ad caput vero flammam mittere.Præterea in libris vulgarium morborum,fe
brem magnam,ignem vocare conſueuit,quaſi nõ aliam habeat naturam, præter quàm ignis ſub-
ſtãtiam.Si igitur contraria contrariorum remedia exiſtant,ſanè febris peculiare remedĩũ vt virtu
te tum refrigerante,tum humectante ſit,oportet. Id nanque febris naturæ, quæ & calida & ſicca
D eſt,contrarium erit.Talis ſiquidem naturæ eſt ignis.Præterea,cum febres & ex humorum putre-
dine oriantur, non paruam diligentiam adhibere oportet,vt, quicquid ex ipſis concoqui poſſit,
concoquatur:&, quod iam exuſtum ſit,neque amplius concoqui poſſit, euacuetur. Quòd ſi fe-
brientibus ipſis cibi vſus ſit, qui hæc efficere queat, ſi etiam facile tum coquitur, tum diſtribui-
tur, iam omnia hæc,quibus eſt opus,habuerit.Quænam igitur ſit ptiſſanæ virtus, ex Hippocrate
audiamus. Viſcoſitas, inquit, lævis eſt. Læue,exaſperanti opponitur. Exaſperant autem acria,
acida,& aſtringentia.Acria ſanè omnia calfaciunt,vt eruum,fœnum græcum. Acidorum cætera
quidem dimittere oportet: de oxymelite vero eſt duntaxat agendum.Dimittantur pari modo ex
aſtringentibus pira agreſtia,& meſpila, & quæcunque huiuſmodi,atque ex frumentaceis lens &
ſimilia. Exaſperantium igitur malitiam ptiſſana effugit,vtpote quæ lævorem non tactu ſolum,
verum quoq; & facultate habeat. Eſt itẽ & viſcoſitas eius continua. Eſt ſiquidem in omni parte
ſibijpſi ſimilis propter exactam coniunctionem.† quod zeæ nullo ineſt pacto. Laudatur præte-
rea non parum,quod in ptiſſana iucundum & mite exiſtit,quod immiti iniucundoq; opponitur,
id eſt quod,dum ſumitur,inſuauitatem quandam facit. Sicut denique & panis inſuauis eſt, dum
ſumitur,niſi abunde ipſum macerueris madefeceriſq;. Immo & ita ſuperatur ab ea, quæ in ptiſ-
ſana eſt, iucunditate,quæ mandi non indigeat,ſed potuum inſtar ſorberi poſſit.Neque paruæ eſt
conditionis

† In antiquis codi. legitur. ὅπερ οὐχ ὑπάρχει τοῖς λοιποῖς ζωμοῖς.i. qd non ineſt reliqs iuribus.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

conditionis ptiſſanæ lubricitas,præſertim cremoris. Pertrãſit enim thoracem,in nulla ipſius parte quippiam,dum tranſit,relinquens. veluti faciunt,quæ in meatibus infarcta adeo obſtruunt,vt vix abſolui poſſint.quod accidit viſcoſis ferè omnibus excepta ptiſſana. Hinc ſanè,quæ ex chondro fit ſorbitio,quod quidem viſcoſum ſit,habet,ſed lubrico eſt deſtituta.Ptiſſanæ autem ineſt & lubricum & detergens.Quapropter medici ad detergẽdum eum,qui in vẽtre ĩfarctus eſt,humorem vomitibus exhibito ptiſſanæ cremore,veluti & aqua mulſa,vtuntur. Crudam quoq; conterunt ptiſſanã puerorũ mangones,faciesq3, vt vitioſos cutis exterãt colores, illinunt. Quod aũt in ea deterſorium exiſtit,id & ad deiectionẽ eſt idoneum,diſtributionẽq3,præſertim vbi ex ſima hepatis ad gibbã tranſmeare debeat,quæ diſtribuit alimonia. Hic etenim infarciunt,quę craſſi ſucci ſunt,& quæ tenaciter collæ modo adhærent. Atq; ob id chondrus non in affectis iecinore ſolum maxime nocet,verũ quoq3 & in his,qui viſcus hoc nullo quidẽ pacto læſum,ſed cum meatuũ anguſtia naturaliter afformatũ habent. Qui igitur ita natura affecti ſunt,ipſis tum tenacia tum craſſi ſucci oia infarciuntur,atq; opplent.atq; ob id grauitatem in eo viſcere ſentiunt, cũ hęc diſtribuuntur.Præterea ptiſſanæ viſcoſitas humens eſt,ſed non vehementer,vt aqua & melicratum,ſorbitio item ex chondro,& ea,quæ ſorbẽtur oua.Nẽpe ea oĩa ſtomachum languentibus ipſis ita manifeſte ſupinant,vt ſubuerſum ipſum eſſe exiſtiment. Verum ptiſſana humectare quidẽ valet, ſed ſtomachum ſubuertere non poteſt. Stomachum aũt hoc in loco intelligere oportet, vt huiuſce tẽporis homines dicere conſueuerunt,non meatũ tantummodo,verum quoq; & os ventriculi. Cum igitur id imbecillum fuerit,atq; exolutum,manet diutius in eo,quod ingeſtũ eſt,ſupernatans.Sed contrarium vſu euenire natũ eſt,†{vbi à cibo aliquo boni ſucci reductum,}quod continetur, expellit.Nempe humor protinus ab ipſo recedit,& coquitur, atq; quod ita expulſum eſt, deijcitur. Sicuti ſi crudũ manet,tardeq; cedit,quod in ore ventris ſupernatat. Nempe partis huius munus eſt appetere,non concoquere. Quæ igitur aſtringunt edulia,vt ventriculi os roborant, ſic & plus iuſto exiccant. Pari modo, & quæ ex chondro paratur ſorbitio,vt humectat,ita & ſupinare nata eſt.Ptiſſana igitur humectãtiũ vim aſſecuta,malitiam effugit. Deinceps ptiſſanã ſitim minime inferre ait Hippocrates,maximum quippiam & hoc eſſe in his,qui corpus tum exurunt tum ſiccãt, morbis teſtatus.Hac ſanè occaſiõe ptiſſana,q̃ aqua mulſa,longe melior exiſtit, quãquam abluẽdi bonitatẽ,quam deinceps huic ineſſe ait,ſimiliter aquæ mulſæ nacta fuerit. imo,ſi ptiſſanam aquæ mulſæ comparaueris,ptiſſanam ipſam in acutis morbis & ſuperiorem & melioris conditionis eſſe reperies.quod,pcedente oſtẽdam ſermone. Nã de ptiſſana ſermonẽ abſoluere eſt tempeſtiuũ. Proinde ſiquidem abluere dixit cum adiectiõe/Siquid ablui egeat/quaſi nõ in oĩbus acutis morbis probe abluente vtamur edulio.Nẽpe cætera oĩa,quæ de ptiſſana dicuntur bona, morbis oĩno proſunt acutis:ſed abluendi bonitas,quibus ventrẽ ſubduci volumus,vbi cibus in via moraſ, eſt idonea.Probe igitur abluere febrili affectioni neq; tanq̃ contrarium, neq; tanq̃ familiare auxiliũ vnum vtile exiſtit,ſed bene tanq̃ ſymptomatis alicuius emendatorium correctoriũq3. Deinceps inquit,Neq; aſtringit, neq; male turbat.viſcoſitas ſcilicet ptiſſanæ.ſic etenim ſermonem de ea inchoauit.Non aſtringere aũt quibuſdam maxime bonum exiſtit.Nemo ſiquidem aſtringentibus vtitur cibis,niſi vel pp ſymptoma, quod animi deliquium inducat, vel pp immoderatum ventris profluuium.Cogunt ſiquidem conſtringuntq3 corpora,viasq3 tum diſtributionis,tum alimonię, tum eius,quæ foras fit,perſpirationis conniuere faciunt. quas recluſas apertasq3 eſſe conducit. Quòd aũt non turbet.i.nullam,dum concoquitur, faciat perturbationẽ,in laudem & ipſum præſtat ptiſſanæ.Perturbatio autem huiuſmodi ex multis paritur edulijs, his quidem ventrem mordentibus,alijs vero inflantibus,alijs item,quæ pugnantibus facultate partibus conſtant: quod tũ in lenticula,tum in braſſica reperitur. Nempe ſolidum ipſarum corpus ventrem cohibet, ius aũt ipſum proritat,ſubducitq3.Sic & qui cerebrum cum oleo & garo cõdiunt,totum ex ipſis tum diſſimilare,tum ſibi ipſi pugnãs efficiunt,cerebro quidem ſtabili & tarde meante,miſtis vero ipſi ad deiectionem excitare idoneis.Pari modo & de ouo dicendum,ſiue cum melle, ſiue cum ſale,ſiue cum garo aſſumatur.Nempe quod ex ipſis conſtat,differẽtes habet facultates. Iura item ferè oĩa. Quapropter & circa ſermonis initia viſcoſitatem ptiſſanæ laudans inquit,continua. quod ſanè citra totius in partibus omnibus ſimilitudinem non fit.Verum in præſentia huic verbo/turbat/adiecit hoc aduerbium/male/(ſic græce οὔτε κάρτα δ' ου κακὸν)ptiſſanam nõ turbare haudquaquam ſimpliciter aſſerens,ſed/male/adijciens. Nihil enim ciborum concoctioni,q̃ hoc ipſum, aduerſaſ magis. Quo fit,vt qui de concoctione ſcripſerunt,ciborum varietatem,præſertimq3 vbi varijs conſtent facultatibus,nocentiſſimam dixerint, vtpote quæ ingeſta ipſa probe concoqui prohiberet. Obſeruant id maxime,tum qui luctantur,tum qui legitime certant. Prandio ſiquidem panẽ duntaxat edunt,in cœna vero carnẽ.Plura de his enũciarem,niſi ſcirem te inuenire ipſa poſſe, qui ex his,quæ de concoctione in cõmẽtarijs de facultatibus naturalibus dicunt,ſis inſtructus.Cõmentarios autem huiuſmodi ſi neglexeris,fruſtra in his verſaris.Quapropter de perturbatione huiuſmodi ſuperſedens,ad oĩum vltimum me transferã,quod ab Hippocrate de ptiſſana adhuc loquẽte dicit,Neq; in ventre tumeſcit. Nẽpe multos ptiſſanã,q̃ flatuoſa eſſet, dãnates haudquaq̃ ignorãs,non abs re adiecit.Nam inter coquẽdũ, quoad maxime potuit,intumuit. Qua ſane adiectiõe crimen,

†Cod. impreſſi habent,vbi a cibo aliquo caco ſtomacho ſubuerſum. manuſcripti habent, vbi a cibo aliquo euſtomacho ſubuerſũ. vetus trãslatio hẽt, Sed, qñ cõ fortatur p quoſ dã cibos cõfortatiuos conuenientes ſtomacho &c. quam lectionẽ ſecutẽ eſt interpres noſter.
*Al.cum.

A crimen,controuerſiamq3, ſimul & purgationem ſignificauit, elixationemq3 edocuit.Scribit quæ dã & nihilominus de coctione in ſequentibus:ſed in præſentia tantillum hoc ſermoni de ptiſſana adijciam.Ptiſſanã ſi plurimũ coxeris,cibũ haudquaq̃ flatuoſum efficies.Et nos aũt fabaceum (ita Græci dicunt)neq; ſi tribus coxeris diebus,flatu viduum orbatumq3 reddideris. Nempe ex propria ſubſtantia,quod flatuoſum eſt,habet,nõ aũt ob diminutam coctionem,veluti ptiſſana.Sunt, qui ab ipſius coctione ocyus recedere conſueuerunt,potiſſimumq3 diutum coqui.Terunt ſiquidem crudam eam,atque deinde parum calfaciunt.Non enim coctam dominis offerũt.Sed de coctiõe ptiſſanæ,vt dixi, rurſum dicetur.Nunc autem,poſteaquam vires ipſius demonſtrauit,deinceps vſus diſtinctiones docebit,ad quem & ego me conferam, vbi me in ſequentibus abſoluturũ ſermonem de ptiſſanæ ad aquam mulſam & alia,comparatione,præmonuero.

19. *Qui aũt in huiuſmodi morbis ptiſſana vtetur,ne vno quidem die vaſa, vt ita dicã,inaniri permittat, ſed ab vſu eius neq̃quam deſiſtat,niſi vel propter medicamentum vel clyſterem,eum deſiſtere opus ſit.*

Soluere hoc in loco incipit,quod quæritur. Sed,quoniam dictionem ipſam non exacte interpretatus ſit,ob id obſcurum ambiguumq3 reddidit ſermonem . Quapropter, quonam maxime
B expoſitus modo nihil obſcuritatis habeat,referre conabor.ſermonemq3 ab initio hoc repetam pacto.Quęnam eſt cauſa diſcordię,cur in acutis morbis alij quidem ptiſſana hordeacea vtantur,alij ſolo ptiſſanæ cremore,alij ne hoc quidem ad morbi vſq3 iudicationẽ? hoc ſanè eſt problema. Sed ſolutionẽ deinceps audi.Qui acutis laborant morbis,alij quidẽ à cremore ſolo,alij à ptiſſana ipſa, alij ab hõrum neutro iuuantur.Sed ſanè immodeſtius de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum vnuſquiſq3 ſententiam,nõ conſiderata ea,quæ in omnibus eſſe debuit,experiẽtia. Sed diſtinguam ego,demonſtraboq3,quinam à ptiſſana iuuantur,quinã à cremore ſolo, & quinã neutro indigeant.Tota igitur ptiſſana vti debẽt ex acuto morbo laborantibus, qui neq; alio quopiam ante vtuntur remedio,quale vel per ſectam venam,vel ventris ſubductionem, vel quippiã ſimile fieri ſolet,neq; ẽt eis inſit, quod periculum minetur, ſymptoma: Cremore aũt, qui aliquid tũ fallacius,tum periculi magis particeps habent:Quos vero vel ſanguinis miſſione,vel purgatione vacuare expedit,vel etiam dolores ſedare:his non ante vel ptiſſanam vel cremorẽ dabis,quàm quippiam eorum,quę dixi,feceris. Sanè hæc Hippocratẽ præſcripſiſſe oportuit,& ab vno quoq; ſingularium incepiſſe:atq; hoc pacto futurum ſermonẽ obſcuritate omni viduum priuatumq3 feciſſe.Verum,quoniam id non fecit,non abſq; cauſa obſcurus abiecto conueniente ordine eſt effe
C ctus.Nos aũt dictiones ipſius ſecuti,reducamus vnãquanq; ad ea,quę ante dicta ſunt,capita.atq; in primis diligentia adhibita præſentem exponamus dictionem. Quare me latius explicantem Hippocratis dictionẽ,ſimulq3 & verba aliqua gratia perſpicuitatis adijcientem audito. Qui igitur ægrotantes ptiſſana in his morbis reficit(dicam autem pauloposſt,quinam ea vtantur)ijs quidem nulla die vaſa inaniri(vt ita dicam)permittat, niſi deſiſtere debeat vel propter medicamẽtum,vel propter clyſterem.His ergo ſi bis dederis,cum opus habuerint,bene facies, atq; quantum corporis tolerat virtus.Explicabo aũt tibi ſcopos,quibus attentus vel per ventrem vel per venas ipſos euacuabis,aut fotibus cataplaſmatis've vteris.Quos ſi prædixiſſet, deinde vnumquenq; ſeriatim reſumens conuenienti expoſuiſſet ordine,non obſcurus fuiſſet ſermo ipſius. Nunc autem, quod interrepit,interlabiturq3 ſemper,ad finem vſq; perſequi cupiens, vbi ſermonem nõ parum ſuſpẽſum eſſe permiſit,iure obſcurum fecit. Vera aũt me loqui deprehendes,ſi dictiones ſingulas oẽs claras manifeſtasq3 inueneris:orationem vero totam incompoſitam,& ob id obſcuram.

20. *Proinde,qui bis die cibari conſueuerũt,bis ptiſſanam dare oportet:qui ſemel, ſemel quidẽ primo die detur:deinde ἐκ προσαγωγῆς,id eſt ſenſim paulatimq3, ſi fieri poteſt,bis quoque detur, ſiquid putes adijciendum.*

D Bis cibandos ipſos inquit,qui bis cibari conſueuerũt.cum vero neceſſitas fuerit eis, qui ſemel cibari conſueuerunt,bis aſſumendi cibum,ptiſſanã bis dabis,ab ipſo quidem ſemel incipiens,ſed paulatim ad bis ipſum procedens:nempe ἐκ προσαγωγῆς,id eſt ſenſim,id declarat. Fitq; res hoc pacto.Semel qdem dabis, quod ſatis ſit:ſed minimum ſit, quod ſecundo exhibeas. Deinde paulatim augebis:idq3 efficies,donec ambas equari alimonias continget.Sed nondum ſermonis huius fides huic patet,qui librum hunc Hippocratis legit, q̃ neq; ab ipſo eſt præmonſtratum, quinam ſint,qui commode ptiſſana vtantur. Verum,cũ paulo ſuperius mediocriter ægrotãtes ab ipſo ita cibari prædixerim,paulo poſt & Hippocratem ipſum velle id demonſtrabo. Atq; hæc tibi ſit præſentis huiũs dictionis expoſitio.Sunt aũt pleriq3,qui dictionẽ hoc ſcribãt pacto:Qui ſemel cibari conſueuerũt,ſemel quidem prima die dandum ſenſim paulatimq3.quod ſi fieri poteſt, bis quoq; detur, ſiquid adijciendum putes.Sed mente caret dictio hæc. Nam,quòd prima detur die ſenſim paulatimq3,fieri non poteſt.cum ſenſim ipſum pluribus ingeſtionibus fieri natum ſit: non ſemel neq; ſtatim in prima.

21. *Verum inter initia neq; multam,neq; craſſam admodum dare oportet:ſed quantum & ob cõſuetudinem, & ne multa vaſorum inanito fiat,ingerere conuenit.*

Qui

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Qui Hippocratem replere ægrotantes asserunt, ꝙ his, qui citra periculum agunt, bis quotidie E
ptissanam dare iubeat, si, quod in dictione retulit, cõsiderarent, seipsos cõdemnarent. Tantum si-
quidem sorbitionis dari præcipit, quantum alimoniæ corpori & ob consuetudinẽ & vt non mul-
ta fiat vacuatio, administrari conuenit. Si igitur ptissanæ oxybaphum, (id est cotulæ quartam par
tem) quæ quotidie ad septimam vsque vel nonam diẽ exhibetur, minoris esse facultatis, quàm id,
quo alunt, nutrimẽtum, faterentur, mea sententia à nugis sese cohibuissent. Sed paulopost id de-
clarabo. atq; in præsentia verbum hoc inter initia/quod Græci dicunt κατ' ἀρχάς, exponam. Neq;
enim morbi principium id significat. Sed ex eo generalius adhuc audi significatum. Nempe, cũ
ægrotans primum ptissana egere videbitur, tunc protinus neq; multam, neq; admodum crassam
dato. A multa sigdem & subita tum repletione, tum vacuatione semper abstinuit Hippocrates.

Verum dandæ sorbitionis quantitas augenda hoc obseruabitur pacto. Nẽpe, si morbus siccior, quàm vt quispiam 22.
existimet, fuerit, non multum dare oportet: sed ante sorbitionem, vel mulsam vel vinum, vtrũ magis auxiliaturũ
putaueris, propinare conuenit. quod autem modis singulis iuuare possit, dicetur.

Morbus siccior variis dignoscitur modis, quanquam vniuersalem communemq; rationem ha
beant eandem. Peripneumonia quidem & pleuritis atq; omnino, qui tum pulmonem, tum aspe- F
ram arteriam infestãt, morbi, cum nihil ab affectis expuitur partibus: iecinoris vero, vel mesarẽi,
vel ventris, vel ieiuni, vel intestinorũ, vel lienis, vbi aluus prorsus cohibita sit, aut pro necessitate
excernat tum sicca, tum dura, & caprarum stercori similia excrementa. Morbi sicci tum arteriarũ
tum venarum dignoscuntur linguæ siccitate, & ea, quæ † {totum corpus} occupat, ariditate. † Al. totam cu-
Phlegmonæ pari modo fiunt siccæ in his, quę tum foris tum conspicue apparẽt, vlceribus, vbi scili- tim.
cet nulla ex ipsis sanies effluat. Sępius & in oculis phlegmonę etiam siccæ oriuntur nihil excer-
nentes. Cerebri præterea ægritudines, quæ neque per nares neq; per palatum expurgantur, iure
optimo siccæ dicuntur. Et sanè superfluitatum nihil excernere, siccorum omnium morborum
notam esse non ignoras. Non immerito igitur Hippocrates humectantium aliquid ante ptissanã
assumi iubet: vt vel aquam mulsam, vel vinum, tanquam hæc, q̃ aqua, magis humectent. Sed, quo
niam vires ipsorum sese enarraturum pollicetur, ob id & nos eorum, quæ ad aquam est, compara
tionem, in eam differemus libri partem, quæ horum vires edocet.

At, si os madefiat, & quæ à pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem, {vt di- 23.
cam summatim} augere cõuenit. Nẽpe, quæ citius magisq; madescũt, iudicationis denũciant celeritatem: quæ vero G
tardius minusq;, tardiorem significant iudicationem.

A morborum siccorum genere ad eos, qui contrario pugnant, modo cõuersus, deinde memo-
rato citra omnium adiectionem vno, narrationem eius commune omnium eiusdem generis exẽ
plum ratus, non absq; causa obscuritatẽ fecit. Nẽpe os madescere, & talia à pulmone expui, qualia
oportet, morbi non simpliciter sunt humidi notæ, qui omnino in omni sit corporis parte, sed cum
cuiuspiam eorum, quæ respirationi subseruiunt, instrumentorum affectione. Ob eam rem, vt di-
xi, dictio Hippocratis obscurior est reddita. Sed, quod ab eo enũtiatur, verũ omnino ẽ, ꝙ scilicet,
quæ per sputa, qualia esse oportet, excreta expurgantur, celeriter iudicantur. Contraria vero duo
rum alterum subeunt: Nempe aut in pernitiem, aut in longum finiũtur tempus. Ergo, qui probe
expurgantur, his ptissanam dare oportet, vt roborata virtus his, quę per tusses ex pulmone fiunt,
humidorum expuitionibus sufficiat. Nempe verba hæc/qualia esse oportet/coctionis habent no
tas. de quibus absolute diximus tum in his, quos de crisibus, tum illis, quos de tẽporibus morbo-
rum fecimus, commentariis: præterea & in expositione aphorismi illius, vbi Hippocrates, quonã
oporteat modo ex apparentibus prænotiones facere, ostendẽs, sermonis exemplum pleuritidem
scripsit hoc pacto. Veluti in pleuriticis si sputum inter initia protinus appareat, morbum breuiat: H
si vero postea appareat, producit.

Et hæc quidem per se talia parte plurima existunt. Sed multa quoq; & alia peropportuna, quæ præmonstranda 24.
sunt, prætermittuntur, quæ postea dicentur.

Dixi & ego sermoni huic deesse nõ pauca, quæ ad distincte definiteq; loquendum commoda
existunt. de quibus & ipse agere pollicetur. Sed in præsentia de his solum vult intelligere, quæ di
cta sunt. Ea liquidem per se talia sunt, qualia ipse percurrit.

Et quanto copiosior fuerit expurgatio, tãto magis ad iudicationem vsq; dare oportet: sed maxime duos ab iudica 25.
tione dies, quibus vtiq; vel quinto, vel septimo, vel nono fieri debeat morbi iudicatio. quasi dierum tũ paritas tum
imparitas perpendenda sint. Post hoc autem mane sorbitionem dabis, sero autem ad cibaria tete conferes.

Κρίσιμον, id est iudicationem, nũc dixit vel perfectã morbi solutionem, vel permutationem eam,
quæ vsq; adeo insignis sit, vt æger periculum omne euaserit. Duos autem ab iudicatione iubet ad-
notari dies, vt & eos, qui diebus tum paribus tum imparibus fiant, accessionum circuitus obser-
uemus. Contingit siquidem interdum, vt tanquam soluto exacte morbo ægri confidant, cibẽtur
deinde

A deinde negligentius, & eius, quæ per circuitum repetat, accessionis occasionem præbeant. Tutũ
igitur est, etiam si morbus iam videatur iudicatus, ad duos vsq; dies diligentem victus rationem,
qua æger vsus fuit, seruare. Præteritis aũt ab iudicatione diebus duobus, iam securum est plenius
cibare: sic vt neq; mutationẽ eam, quæ vniuersim subitoq; fit, efficiamus: sed mane quidem sorbi-
tionem demus: postea vero dimittente die iam & frumentacea exhibeamus alimenta. Cõstat igit
Hippocratem languentibus ipsis neq; aliud quippiam ante præfinitum tẽpus nuper dictũ dare,
neq; panem, sed ptissana oĩno contentum. Quod ægrum satiantis replentisq; nõ est, sed potius, si-
quis vitio vertere voluerit, tenuius, q̃ oportet, cibantis. Verum ita cibare neq; tenuius iusto est,
neq; plenius, q̃ oportet: sed exuperãtiarũ exacte est mediũ, & maxime laudabile. Quòd aũt ita ci-
bare sit mediũ, demonstrat & eorũ, qui contraria vitio vertunt, contentio. Quo è numero Thessa
lus eusq; sequaces, tanq; ęgros replentẽ accusant Hippocratem: Erasistratus vero, tanquã fame
necantem. Nempe, quę ab Erasistrato in primo de febribus aduersus Apollonium Dexippumq;
Hippocratis discipulos dicũtur, calũniam habent eius, qui p̃ famẽ fit cruciatus, qui ad Hippocratẽ
magistrũ refertur. Sed sanè Erasistrato ignoscendũ magis, vtpote qui verisimilia dicat: cæteros ve
ro, qui Hippocratẽ ægros replere aiũt, viros Thessalo dignos esse est existimãdũ: q neq; aliud qp-
B piam scriptorũ Hippocratis, neq; quæ de victus rõne proferuntur, nouerunt.

26. *Talia autem magna ex parte prosunt iis, qui protinus tota vtuntur ptissana.*

Siue totam, siue hordeaceam, siue ptissanam simpliciter dixerit: vnũ & idem ex tribus his si-
gnificatur vocabulis, ptissanam vnoquoq; non colatam significante. Nempe si à decoctione quis
ipsam colauerit, deinde cremorem separauerit, dederitq;, is neq; tota, neq; hordeacea, neque sim-
pliciter dicta vti ptissana dicetur, sed solo ptissanę cremore. Rursus aũt impræsentia memorabo,
quinam sint, q ptissana tota ab initio vti debẽt. breuisq; erit memoratio, nisi segniter desidioseq;,
quę p̃dicta sunt, audieris. Si ergo, quę expuunt̃, vtilia fuerint, egerq; neq; medicamẽto neq; clyste
ri egere videatur, ptissana hunc cibare iubet. Sed rõnem consilij adiecit inquiens.

27. *Dolores siquidem pleuriticorum confestim sponte desinunt, vbi aliquid effatu dignum tum expui, tum expurga*
ri cœperit. Nempe & purgationes longe perfectiores existunt, minusq; purulenti ita fiunt, quàm siquis aliter ciba-
ret. Præterea iudicationes simpliciores facilioresq;, & minus reuersoriæ.

Probe autem hæc oĩa à ptissana fiunt, tum ꝙ humectet, mediocriterq; incidat, quæ expui de-
C bent humida, tum demum ꝙ virtutem roboret. Concurrentibus siquidẽ vtrisq; ocyus expurgan
tur, qui respirationis instrumenta infestant humores, quos quidem & humectare & secare potest
ptissanæ modo aqua mulsa: sed virtuti robur non addit. Cõtraria aũt pollent facultate & panis &
chondrus. nempe virtutem quidem roborant: sed neq; humectant, neq; secant. Quod neq; alteri
cuipiam inest eorum, quæ medici languentibus dare consueuerunt. verbi gratia, ouis, gallorũ te-
sticulis, alis, piscibus, iuuenibus columbis, & quæcunq; id genus sunt. Quare, qui lenticulam ex
aceto confectam pleuritico in ea morbi declinatione, quæ nihil aliud, q̃ coctorũ expuitionem de
sideraret, exhibuit, is non immerito languenti ipsi, qui sequenti nocte suffocatus est, mortis occa-
sionẽ dedisse est visus. imo lenticulã nemo, qui mentis cõpos fuerit, dederit. Quòd si æger aquam
mulsam ptissanamq; fastidierit, pisces saxatiles sunt maxime idonei, ex aqua scilicet & porro, &
anetho, & sale, & modico oleo parati: atq; ex non saxatilibus asselli. Sed antea oxymeli propinare
oportet. neq; enim id stomacho aduersatur, nisi affectis in languente neruis, & in muliere, vtero.
Quòd si oxymelitis loco medicamẽtũ aliud dare volueris, dabis eam, quę ex marrubio et iride fit,
confectionem. Nempe hæc etiam, si per se cum mulsa bibatur, maturat probe, quæ tum in thora-
ce tum in pulmone sunt superflua, atq; ad expuitiones præparat.

D
28. *Ptissanam autem ex optimo confectam esse hordeo oportet, atq; quàm probissime coctam, & maxime si non*
solo vti debeas cremore.

Probatissimum hordeum prius, q̃ experiaris, ex eo solum, ꝙ & plenum sit, & nihil rugosum in
se habeat, iudicabitur. Sed experientia iudicatum per decoctionẽ deprehendetur, vbi scilicet plu
rimũ intumescat, & succũ faciat plurimum. qđ stabile ratũq; facultatis ipsius est argumẽtũ. Nẽpe,
quod à plenitudine sumitur, id scientificum non est, neq; perpetuo verum, quãquã magna ex par
te insigne egregiumq;. Ptissanam aũt ꝑpetuo optimã esse iubet: sed maxime si nõ solo vti cremo-
re velimus, verũ & ipsa tota. Quare aũt id præcipiat, manifeste declarauit, cum inquit.

29. *Nam præter reliquas ptissanæ facultates lubricitas eius, ne hordeum, cum deuoratur, noxã inferat, efficit: neq;*
enim adhæret, neq; in recto thoracis manet tramite, (ἔξω eum uocant.)

Hippocratem ἔξω magna ex parte quidem εὐθυωρίαν, id est rectum tramitem: Interdum autem
& φορὰν, id est lationem dicere non ignoramus. Quòd autem ptissanæ haustæ per thoracem tum
rectum iter tum latio ad ventrem vsq;, per stomachum fiat, liquido constat omnibus, vultq; Hip-
pocrates in ea re nihil ipsi adhærere. Nempe, cum multa in thoracis pulmonisq; affectionibus

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

existit caliditas, quod adhæret arescitq3, atq3 adeo pertinaciter obstruit, vt vix absolui possit, id ci- E
borum fastidium quoddam & sitim facit.

Lubricissima autem est, & ab inferenda siti maxime aliena, facillime concoquitur, & infirmissima existit, si optime cocta fuerit: quibus omnibus est opus. 30.

Ptissanam probe coctam non lubricissimam modo, maximeq3 ab inferenda siti alienam, & facillimæ concoctionis esse astruxit, sed tandem infirmissimam esse adiecit. Quòd maxime lubrica sit, si probe cocta fuerit, iam antea est enunciatum. Sed, q3 ab inferēda siti maxime aliena sit, hic ꝓpter hordei naturam continuo adijcitur. Est aũt hordeum temperamento frigidum. Verum, quo nam pacto substantiam ipsam tũ frigidam tum calidā iudicare oporteat, inter aĩantia quidem in libris de temperamentis diximus: inter ea vero, quæ anima carent, in his, quos de simpliciũ medicamentorũ viribus fecimus, cõmentarijs. Immo & facillimæ ait esse concoctionis ptissanā huiusmodi, vtpote quæ dissoluta sit, neq3 quippiam habeat, quod & durũ sit, & difficulter cõfici possit, atq3 haudquaquā flatuosam iam propter longam coctu̇ram effectam esse. Quātum vero spectat ad id, quod in dictiõis fine dixit, ptissanam huiusmodi infirmissimam asserēs: si nihil de probissima ipsius concoctione antea egisset, promptum esset sermonem Hipprocratis ad eam, quæ in ventre sit, F
confectionem referendum affirmare: quasi infirmissimam dixisset, quæ in ventre & facile vincatur, & conficiatur, & permutetur. Sed, qm̃ id prædixit, infirmitatem illā intelligere oportet: q3 vel paucam præstet corpori alimoniam, vel nullam habeat qualitatem, quæ vsqueadeò vehemens sit, vt vel neruos vel mentem feriat, quo modo acetum vinumq3.

Nisi igitur quis, quātũ deest, cõtulerit, ut ptissanæ sorbitio sufficiẽter paretur, crebrius sanè detrimẽtũ afferet. 31.

Docere incipit, quæ paulo ante se dicturũ promisit, cum dixit, multa quoq3 alia peropportuna, quæ prætermittũtur, quæ postea dicentur. Quod aũt verbũ τιμωρῆσαι. i. cõferre, tum apud antiquos, tum apud Hippocratem ipsum sæpius pro βοηθῆσαι. i. auxiliari dictũ sit, demonstratum & in alijs libris per eas, quas in ipsos confecimus, enarrationes.

Quibus enim cibus statim inclusus, siquis nõ vacuato eo sorbitionem dederit, dolorem, si adest, adaugebit: si non adest, protinus inducet, frequentiorq3; redditur spiritus. quod malum est. Nempe pulmonem exiccat fatigatq3; tum hypochondrium, tum ventrem imum, tum septum transuersum. 32.

Cibũ (græce σῖτον) dixit, quod ab edulijs (hoc est ἀπὸ τῶν σιτίων) in intestinis ipsis cõtinet excre G
mẽtũ. quod Græci & σκύβαλον & κόπρον appellant. Si igit̃ incluso eo, id est ex multo tpe haudquaquā eiecto, ptissanam quis propinauerit, lateri offensam fieri est necesse propter intestinorũ oppilationẽ, quā ex collecto in ipsis stercore, flatuq3 propter oblatā ptissanā haudquaquā pertranseunte, & demũ ob prauam, q3 ad affectā partem fit, distributionẽ nacta sunt. Quo fit, vt exhausta ptissana, necessario dolorem, si lenitus fuerit, adaugeat: &, si conquieuerit, generet. Nempe vapores, flatuosiq3 spiritus, & exhalationes scybalorũ, cũ ad latus peruenĩũt, dolorẽ ipsi pariunt, adaugentq3. ob eas causas & frequentior fiet respiratio. Vocauit autem totam respirationẽ spiritum & in prognostico, & in libris populariter vagantiũ morborũ. Densata aut̃ frequensq3 reddita respiratio, respiratorijs in organis assiduũ ob motũ caliditatẽ efficit maiorẽ, qua siccantur tum pulmo, tum septũ transuersum: siccanturq3 vnà & calfiunt eæ, quæ tum in hypochondrio tũ in peritoneo existunt aĩalis partes. Omnes sigdẽ in respirationibus vnà cũ thorace mouẽtur. Quod aũt principio dictionis dr̃, Quibus. n. cibus statim incluſus, Vocẽ hãc statim ordine habet cõmutato. quæ si suã peculiaremq3 acceperit cõcinnitatẽ cõpositionẽq3, dictio ita habebit. Nisi p̃fato ptissanaceæ sorbitionis mõ suppetias tulerimus, frequẽtius orietur læsio. statim sigdẽ, qbus cibus incluſus est, nisi quis prius vacuato eo sorbitionem ita dederit, maximam afferet offensam. H

Præterea, si lateris dolor assiduus est, calidisq3 fomentis non remittitur, sputũq3 nõ procedit, sed κατᾳγλισχραινόμενον ἀσαπῶς, id est summe citra coctibilitatem glutinosum sit, nisi quis dolorem vel alui subductiõe, vel secta vena pro vtriusuis exigentia soluerit, ptissanam autem ita affectis dederit, præcipitem aget in mortem. 33.

Quòd de pleuritide tanquam exemplo agat Hippocrates, memoria non excidat. fieri autem pleuritidem ipsam propter inflammationem eius, quæ costas succingit, membranæ ostendimus. Si igitur, cũ in vigore fuerit inflãmatio, ptissanam quis dederit, ægrum grauiter offendet. Vigẽtis autem inflammationis notæ sunt, dolor assiduus, & q3 nullo pacto à calidis fomentis remittatur. Continuo autem & alia adijcitur pleuritidis non magnæ modo, verum & morosæ nota, q3 scilicet sputum abunde glutinosum ab euacuatione arceatur, infarctum affectis partibus & detentum. Nẽpe hoc verbũ κατᾳγλισχραίνεσθαι plus aliquid indicat, dictione maximam significante glutinositatem, facta præpositionis huius κατὰ adiectione. Satis igitur fuerit ex ipsius additamento, quod ita glutinosum sit, ab eo, quod concoquitur, distinxisse. Nẽpe, quod concoquitur, mediocriter glutinosum existit, non tamen κατᾳγλισχραίνεται. i. neq3 extreme neque summe id habet. Et, ne quis in ea re falleretur, continuo Hippocrates verbo huic κατᾳγλισχραινόμενον

aduerbium

A aduerbium hoc ἀσαπῶς adscripsit, quod idẽ cum ἀπέπτως, id est incoctibiliter significat. Nempe κατᾳγλισχραινόμενον ἀπέπτως, id est citra coctibilitatem glutinosum, malum est. Ægro autẽ ita affecto siquis ptissanam dederit, priusq3 dolorem vel secta vena vel ventris euacuatione soluerit, hominem perimet. Nempe in præsenti & tali pleuritide, postea q3 à calidis fomentis non remissum esse dolorem dixit, statim duo alia habet aduersus dolorem remedia, sanguinis missionẽ scilicet & purgationẽ. Nẽpe eorũ, q3 ex opio, hyoscyamo, et mādragora cõficiunt̃, medicamẽtorũ vsus doloros̃am pleuritidis affectionẽ nõ sanat, sed sensum tollit enecatq3. Nunc ergo sectionis venæ meminit simpliciter & purgationis. Sed deinceps super vtriusq3 vsu distinguetur.

34. *Ob has igitur προφάσεις. i. causas, atq; ob alias similes adhuc magis, qui tota vtuntur ptissana, septimo die vel celerius moriuntur: alij quidem mente læsi, alij vero ob difficultatem spirandi stertorẽq; præfocati.*

Quòd sæpius appellet causas προφάσεις, demonstratum quidẽ in his, quas in alios libros parauimus, enarrationibus. Sed, quasnam alias præter dictas vnà celeriorem inferre mortem dicat, adijcere sermoni oportet. Nunc siquidẽ sumptionẽ ptissanæ, priusq3 soluatur dolor, recensuit, sputiq3 ob frequentẽ respirationẽ glutinositatẽ, ob quam & suffocãtur. Sed lædi quoq3 asserit, si prius (vt *Al. contingit.
B supposuit) quàm vacuati sint, vinũ sumpserint: aquam item mulsam & oxymeli. Nempe de alijs omnibus neq3 idiotis ipsis non constat. Non abs re igitur ait alios mente læsos mori. Id enim contingere natum est, si vinum vinosaq3 intempestiue sumpserint.

35. *Non perperam autem hos antiqui sideratos esse existimauerunt, tum maxime ob id, tum non minime, quòd mortuis latus liuidum plagæ simile videretur.*

Veteres talis prehendit opinio tum propter necis celeritatem, tum q3 non nullorum latus affectum liuore videretur, vbi scilicet inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorẽ peruenĩente, quicquid in cute diuisum solutumq3 est, id in morte refrigeratum nigrorem cõtraxit: similiter illis, qui ita ex plaga affecti sunt.

36. *Rei huius causa est, quoniam prius, quàm dolor soluatur, ſ e eunt. Celeres siquidem fiunt respirationes.*

Quòd autem hoc respirent pacto, deinceps ipse ostendit inquiens.

37. *A multo autem frequentiq3 spiritu, vt iam dictum est, summe tũ viscosum, tum incoctum effectum sputum, fieri egressum prohibet.*
C

Quod prius ἀσαπὲς dixit, nunc ἄπεπτον, id est incoctum, dicit. fidemq3 facit q3 & probe tunc vocis transpositionem fecimus.

38. *Nempe & sputũ, quod intus retinetur, prohibet spiritus ad interna lationẽ, cogitq3; ipsum celeriter egredi.*

Nõ oĩs spiritus in hmõi affectiõibus ad ĩterna ferri, phibet̃. Nẽpe, si id fieret, hoĩem ꝓtinus mori eẽt necesse, nõ secus, q3 his accidit, q3 strãgulant̃. Verũ, quod vsui respiratiõis cõferat, ĩtro ferri ꝓhibet̃. quapropter ad tẽpus aliquod sufficiunt, sed tractu tpis aucta indigentia moriuntur.

39. *Et ita aduersus malum sibi inuicem opitulantur. Nempe retentum sputum frequentem spiritum reddit. qui frequens effectus sputum agglutinat, atq; expui prohibet.*

Quòd verbo hoc τιμωρεῖν pro opitulari tũ antiqui alij, tum Hippocrates vsi sint sæpius, ante dictũ est. & nũc sanè συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν dixit, ꝓ συμπράττειν καὶ λυστελεῖν, id est opitulari & prodesse. Atq3, quonam modo sibi inuicem opitulẽtur prosintq3, perspicue quidem ipse ostẽdit, sed & à nobis dicetur. Sputum in bronchijs pulmonis tenaciter adhęrens, transitui spiritus an
D gustiam parit. atq3 ob eam angustiam minus ægri inspirant. Quo autem minus inspirant, eo magis inexpletam reddunt respirationis necessitatem. atq3 ob id citius à priore inspiratione ad secũdam properant. quod densum frequentemq3 spiritum vocant.

40. *Prehendunt autem hæc, non solum si ptissana intempestiue vtantur, verum & multo magis si quippiam aliud, quod ptissana deterius sit, vel ederint vel biberint.*

Iam rei huius pauloante mentio habita est, q̃ dixit, Ob has igitur causas, atq3 ob alias similes magis. Immo eo in loco de vino, aqua mulsa, & oxymelite mentionem fecimus. Hic autem & alia intelligere est opus, quæ ita affectis non aliter plericq3 medici exhibent: quæ etiam, q3 aqua mulsa, vinum, & oxymeli, nocent magis.

41. *Bene igitur vt plurimum similia sunt auxilia tum ijs, qui tota vtuntur ptissana, tum ijs, qui cremore ipsius. Verum, qui neutro horum, sed potione sola vtuntur, his interdum diuersimode auxiliandum est.*

Auxilia, inq̃t, similia sunt & ijs, qui ptissana, & ijs, qui cremore ipsius vtuntur. Sed, qui potione duntaxat vtuntur, his interdum diuersimode opitulari oportet. Sed, qualisnam sit huiusmodi diuersitas, in sequentibus perdocet.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Verum omnia hæc ad hunc modum facere oportet. Si nuper pasto cuipiam, & alui oneribus haudquaquam purgato febris vel cum dolore vel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum fuerit. E 42.

Sermonem lacerum frustatimq; sectum, neq; continenter & conuenienti digestum ordine fecisse sese deprehendit Hippocrates. quapropter resumens ipsum, ad accõmodũ perducit principiũ. hoc aũt ideo ipsi accidit, q̃ quæstionem super medicorum controuersia soluere conatus, in ea solutione de rõnibus curatorijs mẽtionẽ fecit. q̃ sanè re intellecta atq; his qdẽ permutatis, sermonẽ ab initio aliter percurrere debuit. Nẽpe & ita mihi aliqñ fœlicius cõtigere est visum, vtpote qui ijs, quæ ante scripta fuerãt, pmutatis, alio de ipsis scripserim modo. Sed, quonam pacto & quæstionẽ ab ipso propositã soluere, & sermoni ordinẽ dare debuit, his exponam ego, qui talia interpretari exoniq; desiderãt, viamq; dilucidabo. iam ergo animũ cõuerte, sermonem ab initio auditurus. Quare cõtingit, vt interdũ præstantes medici de curatiõe dissideãt: q̃ scilicet in nõ nullis expertũ cõuenire oĩbus putauerũt. Sic sanè & in victus rõne in morbis acutis fuerunt controuersi, alij qdem ægros ad iudicationem vsq; ptissanæ cremore seruantes, alij ptissanam ipsam exhibẽtes, alij aũt neutrum horum administrantes. ex parte aũt verũ quidem dixerunt oẽs: sed ex parte falsi circũentiq; sunt. Nempe quidam ex eis, qui acute ægrotant, ptissana indigẽt, alij cremore, alij horũ neutro ad iudicationẽ vsq;. verum claritatis gratia de acuto morbo vno, tanq̃ exẽplo, sermonẽ faciam. Et demũ pleuritidis super curatione agere proponatur. Si languenti nõ multo ante tẽpore cibato, neq; ventris oneribus expurgato febris inceperit, sorbitionem huic non dabis, donec, quę administrata est alimonia, penetratis plurimis intestinis, ad vltima vsque eorũ peruenisse videbitur. Principiũ huiusmodi vbi quispiã sermoni fecerit, atq; deinceps oia proprio dotauerit ordine, doctrinam in his haudquaquã obscuram pariet. F

Vbi autem dolor aliquis vexauerit, oxymeli bibendum dabis: hyeme calidum, æstate frigidum. quòd si multa sitis fuerit, melicrato vtendum & aqua. 43.

Plura habẽtur in veteri translatiõe quã hic. nec ita incipit commentum.

Siticuloso existente ægro, alioqui oxymeli admodum multũ deuitans, quapropter consequẽter tum melicrati, tum aquæ mentionem fecit. Nempe, quantum ad morbum spectat, oxymelite magis est vtendũ. verũ, si eger accepto multo oxymelite adhuc sitiuerit, melicratum insuper dare oportet. Quòd si & ab hoc sitiuerit, aqua offerẽda est. Nẽpe aqua per se pota culpa nõ caret. Causas vero, ob quas aqua pota culpeť, in sequentibus in ea libri parte, q̃ de virtutibus ipsius agit, per G discs. Nũc aũt, quod præsenti apposuit orationi, considerabimus, qua scilicet præcipit oxymelite vtendũ hyeme qdẽ calido, æstate vero frigido. Nẽpe id ad eã, q̃ in acutis morbis †{magno est ad iumẽto,} nos hortať gelidę aquę potionẽ. quam oĩno prætermisisse vĩ Hippocrates: atque ob eã rẽ à quopiã culpari posset. Res etenim doceri, nõ negligẽter incurioseq; narrari debuit. Quam ergo opinionẽ habuit de aquæ frigidæ potione, ex hoc sermone intelligi põt. Nempe, si Hippocrates sitientibus oxymeli frigidũ aliqñ exhibeat, q̃ & aquã daturus sit, est manifestũ. Quamuis sigdẽ non prorsus de frigidæ potione id præceperit, verumtamẽ dogmata sequiť ipsius: vtpote q̃ febrẽ ex natiuo calore ignescente suscitari existimet, atque contraria cõtrariorũ eẽ remedia. Cũ aũt ignis (græce πῦρ) tũ calidus, tũ siccus sit, atque ob id ẽt febris (græce πυρετός): sanè aqua febris naturæ aduersissima est, corpus tum refrigerãs, tum humectãs. Et sanè ab ea, si tẽpestiue deť, febres ptinus extingui videtur. Dictũ sanè abũde in libris methodi medẽdi: sed & nũc rei summa dicet. Cũ ergo febris fuerit, cõstante virtute, tũc non solum nõ offendes dans frigidam, verũ & iuuabis abunde. Potio aũt frigidæ huiusmodi tãta sit, quantũ frigidæ aquæ æger inspirãndo haurire possit. Oxymelitis vero exiguũ datur, neque singulis oblationibus †{plus dimidio.} in hoc ergo exhibitionis scopus est dissimilis. Nẽpe ad febris extinctionẽ frigida affatim atque ad laborãtis vsq; H satietatẽ bibitur. Quę. n. ita bibitur aqua, sanationis gratia bibitur. Oxymeli vero æstate dať frigidũ, ne laborantis adaugeat sitim: immo vt aduersus etiam contrarium conferre possit. Ob eas ẽt causas frigidum oxymeli ante morbi coctionẽ dari iubet. quasi frigidam aquã ad satietatẽ vsque in eiusmodi affectione dare æstate haudquaquam debeamus. Denĩat siquidem inflammationẽ, si ex ea febrierint, crudosq; refrigeratione rẽddit humores, vbi ex ipsis morbum contraxerint. † sed ab oxymelite reducuntur, q̃ secandi vim habeat. Nempe quod secat penetratq;, id spissanti cogẽtiq; corpora est contrarium.

† ἀγωνιστικῶς γινομένην. vide in libr. de marcore cap. 8.

Postea, si dolor quispiam vel periculum comparuerit, sorbitionem dare oportet neque multam neq; crassam: sed post septimam {vel nonam,} si validus sit. 44.

Qui Hippocratem ægros ἐμπωτιῶλας, id est replere dixerunt, (ita enim verbo sunt vsi) dictionem hanc prætermittere mihi videntur: vt, qui fame necare ipsum dicunt, solam hanc legisse apparent. Quòd si vtrique animaduertissent, eorumq;, quæ ab ipso bene enarrata sunt, meminissent, quonam scilicet pacto naturæ inter se valde differant, forsan eos contraria Hippocrati imponere puduisset, & potissimum si reliqua animo volutassent, quæ ipse demonstrauit, regiões

à regionibus

A à regionibus magnopere differe ostendens, & anni tempora ab anni temporibus, & ætates ab ętatibus, & consuetudines à consuetudinibus, et proprios peculiaresq; laguẽti vnicuique ante morbum victus. Si ergo in omnibus, quæ dicta sunt, contrario habentes modo inter se comparaueris, maximas in victus ratione comperies differentias. Quas vbi è regione inter se ordinaueris, iã & hoc pacto, quàm multas consistere in medio exacte videbis. Sed de huiusmodi differentijs dictum quidem absolute in libris methodi medendi, dicetur quoque & nunc rei summa. Statue igitur quempiam natura siccum quidem corporis habitu, sed superficie dẽsum spissumq;, latis venis, virtute vitali valida, cibisq; non multis assuetum, ægrotare hyeme non admodum frigida, in loco tali, atq;, prius quàm ægrotaret, ocio deditum, insatiabiliterq; † ciborum varietate abusum: præterea & os ventris validum sit, quod & stomachum quidam appellant. Sit autem et alter contrario affectus modo, humidus quidem & mollis, & virtute vitali imbecilla, & q̃ plures cibos ingerere consueuit: ægrotetq; æstatis tempore æstuoso, regione huiusmodi: statuamusq; hominem, antequam ægrotaret, tum curis, tum assiduis necessitatibus fatigatum, pauca præter consuetudinem edisse, & oleracea, & quæ haudquaquam nutriunt: ventris item os non validum, sed natura imbecillum habere. atque his ita habentibus vterque eodem, si volueris, morbo infestetur, ea sci-

† In A.C. Græ. legitur. πολυτρόφοις ἐδέσμασι: idest cibis multi nutrimẽti.

B licet, quam Hippocrates veluti exemplum hoc in loco cõstituit, pleuritide. An'ne vna tibi victus ratio in vtroq; definienda videtur? An posterior à prima die alẽdus: prior vero potu solo ad septimam vsque gubernandus, vbi morbum non longius protracturum sese sperueris? Ego sanè, qui longa experientia vtrunq; probauerim, optimam ita fore victus formam assero. Nam, si vice versa feceris, priorem scilicet à principio nutrire aggressus, posteriorem vero ad septimum vsque sine cibo seruare volueris: trucidabis sanè ante quartum diem vtrunque: nempe alterum citissime præfocando, alterius vero vires prosternẽdo. Cæterum adijce, si velis, ætatem vtrique contrariã, priorem quadragenarium constituẽs, posteriorem puerum. Nam hoc pacto citius adhuc ad mortẽ vterque properabit. Sed sanè omnia hæc, quæ nunc dicta sunt, ad vnum reducuntur scopum, qui vno verbo ab Hippocrate est declaratus. Quid enim ait? Sorbitionem dare oportet post septimam, si validus fuerit. Verbum siquidem vnum est: sed ex omnibus, quæ nuper dicta sunt, inuenitur. † Si enim validus ad septimum vsque diem fuerit, oxymel & melicratum & aquam dare satis erit. per quę, vt dixi, omnia tum liberabitur tum sanabitur. Quasi sanè ex ipsis alia quidem prę sto sint, alia vero non, quorum vires si vice versa comparaueris, quot diebus sufficere ex tali victus specie æger possit, deprehendes. Verum hæc nostris in tractationibus demõstrata sunt, quas

Ex antiqs Græcis cod. & tralatione veteri ita legi potest. Si. n. valeat ad septimam vsq; perdurare, diæta vtẽs ex oxymelite, & melicrato, & aqua: ex ijs omnib⁹, quæ dixi, inueniri ac cognosci poterit, quoniam, si alia qdẽ prẽsto sint, alia vero absint vires prẽsentiũ cum absentiũ viribus comparando: quot diebus &c.

C si legisti, memoriæ mandes, oportet: si non legisti, in eas te prius transfer, si sententiæ Hippocratis veritatem cognoscere volueris. Omnia siquidem in operibus omnibus dicta sunt à nobis, qui verissima Hippocratis dogmata sequimur. Sed, cum fieri non possit, vt homo vnus conuenientem methodum & singularia, quæ in ea sunt, omnia doceat, neque ideo ab Hippocrate singularia omnia audituru te existimaueris. At potius culpa eos, qui, cum ea, quæ ab Hippocrate bene præcepta sunt, elaborare & conficere deberent, laudis appetentia ducti sectam aliam constituũt. Verum nos, qui veritatem honoramus, laudamus Hippocratem cum in cæteris omnibus, tum quod in vnoquoque opere proprium scopum ita docuerit, vt huic attentus omnino quispiam definitam certamq; inuentionis auxiliorum habeat viam. Sic sanè & cibandi scopum vnum communem prorsus, tum sanis tum languentibus esse demonstrauimus. Is autem facultatis vitalis custodia est, quam nunc manifeste explicuit, cum dixit / si validus fuerit /. ob eandem sanè facultatem sani edimus, & bibimus, aliaq; omnia vitæ munia exequimur. Propter hanc eandem & ægri ad cibos potusq; procedimus. Nempe morbus suæ affectionis indicat auxilia, phlebotomiam videlicet, clysma, cataplasma, purgationem, oxymeli, aquam mulsam, atque aliorum vnum quodque. Virtutis vero custodia solam indicat alimoniam. Si igitur morbosam affectionem

* ἀναπνευστ. † al. oxybaphũ. Antiqua tralatio habet plus vncijs quatuor & semis.

* Al. φυλάξει. i. seruat.

† Hęc addi debent ex antiqs codic. græcis. Sed tũc oxymelitis paꝛ dam⁹, tanquã in vẽtriculo priꝰ sit eius surũ tepidũ, q̃ eius frigiditas ad costam vsq; distribuatur. q̃ si quid exiguũ fuerit ẽt distributũ, illud ab ipso oxymelite corrigetur, vt qđ secãdi vim &c. & ita vetus tralatio.

D nullo pacto offenderet alimonia, nos virtuti soli attendentes ægros, vt sanos, aleremus. Sed, quoniam sæpius noxam, vti ostẽdimus, affert, ob id morbi affectionem, non tanquam cibi indicatricem, sed tanquam prohibitricem contemplamur. Vbi ergo non prohibuerit, facultasq; præceperit, tunc nutrimus. Nunq̃ enim cibus morbosam affectionem sua ratione iuuabit. Id sanè dixi, quoniam sæpius materia vna vim tum cibi tum medicamenti obtinet, vt ptissana. Nempe, quòd virtutem roboret, id ea efficere tanquam alimentum nata est: sed, quoniam & secat & humectat, quæ expui oportet, ideo medicamenti obtinet rationem. Chondrus ergo pleuritico cibus tantum existit: oxymeli vero medicamentum. Sed vtrorumque facultatem ptissana obtinet, vsumq; languentibus ipsis exhibet. sed ingeritur virium quidem conseruandarum gratia, tãquam alimentum: vt vero soluatur morbus, tanquam medicamentum. Cũ igitur virtus ad morbi vsque iudicationem sine ptissanæ sorbitione sufficerit, oxymeli & aqua mulsa satis sunt, oxymeli quidem vim medicamenti solam habens, aqua mulsa vero cibi pauci & imbecilli. Si igitur iudicationem septima die citius futuram sperueris, vt verbi gratia circa quartam vel quintam, ægros sanè multos sufficere citra ptissanæ sorbitionem posse comperies: Quòd si ad septimam vsque protrahatur, paucos omnino. sunt q̃s, qui & virtutem habent valentem, corporisq; habitum tum durum, tum ægre transpirabilem, succosq; vel crassos vel viscosos, atque, si ambiens aer

calidus nõ fuerit. Nempe, ſi nihil è noſtro effluęret corpore, alimento opus non eſſet, ſed, quoniã E
effluit, ideo huius proportione cibi quãtitatem definimus. Quibus igitur per cuticulares meatus
parum exhalat, fieri poteſt, vt his ſummam conſulamus inediam, & magis, vbi virtutem ab initio
validam habuerint. quaſi velociter laboret, quæ imbecilla, veluti ſenũ, fuerit, & ſi corpus parum
exhalauerit. Quapropter & pauloante quadragenarij memínimus, & non ſeptuagenarij.

At, ſi nuper cibato cibus prior non deſcenderit, virtusq; valida fuerit, & floruerit ætas, ſubluere oportet: ſi vero 45.
virtus imbecilla fuerit, glande eſt vtendum, niſi aluus ſua ſponte probe detecerit.

Rurſus & hoc in loco remediorum indicationẽ ab affectu corporis accepit, ſimulq; virtutem
conſiderauit: neque tanquam remediorum vſum aliquando indicantem, ſed tanquam contrario
indicantem modo, interdum autem & prohibentem. Non enim, quòd æger valida ſit virtute, ob
id clyſmate eſt opus, ſed clyſmatis indicatio ex ventris deſumitur affectu. Si vero virtus valida
fuerit, vacuationi non reclamat: quæ, ſi imbecilla eſt, vacuationem ipſam inhibet. Sed rurſus ad
Hippocratis conſuetudinem conuerte animum, qui in talibus aliquando de ſola virtute mentio-
nem facit, ſicut in ante dicta videre eſt dictione, ſed interdum adijcit ætatem. Præcipuus ſiquidem
eſt virtutis ſcopus: ſed ad notitiam eius confert etiam ætatis cognitio, cito quidem in pueris F
laborante propter copiam effluuij virtute, in ætate vero florentibus abunde ſufficiẽte. Cæterum,
quo modo in pueris corporis ſubſtantia tum mollis tum humida præcipua exolutionis virium
cauſa efficitur: ſic & in regionibus & anni temporibus res habet: Nempe horum caliditas veloci-
ter confeſtimq; virtutem vacuationis quantitate ſoluit. Iure igitur Hippocrates ex virtute inter-
dum ſola diſtinctionum huiuſmodi doctrinam efficit: interdum & quippiam ex alijs adijcit, vnà
cum ipſis & cætera commemorans.

Tempus autem dandæ ſorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decurſum hoc maxime ſeruare oportet. 46.
Nam, ſi pedes frigidi fuerint, nõ à ſorbitione modo, verum quoq; & maxime à potu temperandum. At, cum calidi-
tas ad pedes deſcenderit, tunc dare expedit. Sanè tempus valere admodum putandum cum in morbis omnibus, tum
præcipue in acutis, & potiſſimum quibus febris vehementior ſuberit, periculumq; ſummum.

Quo modo dixi vnum quidem eſſe alimoniæ ſcopum cuſtodiam virtutis, neceſſario autem ſi-
mul morbi affectionem contemplandam eſſe, ita cibi offerendi tempus ex morbo non prohibẽ-
te inuenitur. Quantum ſiquidem ex primo virtutis ſcopo eſt, interdum & per acceſſionum initia
alimoniæ exiſtit neceſſitas, ſicuti & in ſanis, vbi primum in naturalibus euacuationibus quis eò G
deuenerit, vt propè laborare incipiat, refocillatione eſt ſibi opus. Sed, quoniã in acceſſionum tũ
principijs tum incrementis ingeſta alimonia lædere admodũ nata ſit, ob id differimus ipſius exhi-
bitionem, quanquam corpus ipſum iamiam indigere videatur. Quodnam igitur optimum lan-
guentibus ipſis dandæ alimoniæ tempus? Sanè, cum moderatiſſime habuerint tum thorax tum
venter: deterrimum vero, cum ea deterrime habuerint. Deterrime autem habent in acceſſionum
principijs: moderatiſſime vero in declinationibus. Conſtat igitur optimum cibi miniſtrãdi tem-
pus in ægrotantium declinationibus eſſe. Acceſſionis autem principium fit calore omni toto ex
corpore ad cor thoracemq; concurrente: Incrementum, cum paulatim ad extremas corporis par-
tes ſeſe expandit: Status, cum ex æquo corpus totum occupat. Verum declinatio cõtrarium prin-
cipio modum habet, perſpirante ſcilicet caliditate atque medium corporis relinquẽte, quod vno
oſtendit verbo inquiens, Cum ad pedes calor deſcenderit. Neq; enim idem eſt calidos ex frigidis
fieri pedes, & caliditatem in eos deſcendere. Nam deſcendere commutationem caliditatis ex alia
parte in aliam manifeſtat. Fieri autem poteſt vt pedes calfiant manente in corporis medio calidi-
tate, quod in vigore ipſo contingit.

In primis autem & maxime cremore, deinde ptiſſana vteris, præſcriptis coniecturis diligenter attentus. H 47.

Poſteaquam Hippocrates prædixit, quando potu ſolo regere ægrotantes oporteat, & quando
ptiſſana: nunc, quando cremore ſolo, & quando ptiſſana ipſa vtendum ſit, diſtinguit breui qui-
dem & conſpicua diſtinctione. Nempe ad coniecturas, quas recenſuit, animum conuertens, quiſ-
nam ex languentibus ptiſſana vti poſſit, comperies: ſic tamen, vt à cremore ipſo exorſus ad ipſam
ſenſim paulatimq; te transferas. Dico autem ſenſim paulatimq;, vt primum quidem ſolo vtaris
cremore: deinde cremoris quidem plus exhibeas, ptiſſanæ autem exiguum: deinceps æqualiter
vtrunq;, mox ptiſſanæ plus, atq; tandem eam ſolam. ſciens ptiſſanam ipſam ad corporis nutrimẽ-
tum virtutisq; robur exuberare, cremorem autem ad concoctionem cõfectionemq; facilem eſſe.
Cum igitur morbi conditionem virtutisq; robur vergere ad melius videris, auge & tu ptiſſanæ
oblationem.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

Exemplo doloris lateris agit de vi ac vſu fomentorum, deinde de repentina tum in victu, tum in reliquis rebus mutatione fuſe lateq; pertractat.

† θερμάσαι.

A teris dolorem ſiue is per exordia fuerit, ſiue poſtea obortus ſit, tentare† {calidis fomentis} diſſoluere, non abs re exiſtit. 1

B 

Quod à me ſæpius eſt enunciatum, ad memoriam & nunc id reuocare eſt melius. Nempe quòd exponuntur explananturq;, quæ obſcuritatem habent, dictiones: neque tamen expoſitores id tantummodo in commentarijs faciunt, verum quoque & ea, quæ dicuntur in libris, in quos commentaria parant, aſtruunt & demonſtrant. Ob eum igitur morem cogor ego & his conſentire, quos non probo, atque ſæpenumero ad ea, quæ explicatione egent, ſententiam meam prodere, & efferre. Neque tamen eorum, quæ in huiuſmodi commentarijs vera mihi apparent, demonſtrationes ſcribo, vtpote qui de his peculiariter in eorum vnoquoque ſcripſerim: ſed ſolas earum, quę cęteris in tractationibus demonſtratæ ſunt, rerum ſummas ad memoriam reuoco. quod & hoc loco in mentione doloris ſum facturus. De doloris ergo generatione diximus quidem libro de elementis ſecundùm Hippocratis mẽtem: diximus etiam & in libris, quos de ſymptomatum cauſis fecimus, q⁊ dolor in ſenſilibus fiat corporibus, cum ea ipſa in id, quod præter naturam eſt, ſubito ſimulq; tranſmutantur. Præterea, & quonam pacto tranſmutatio ea biſariam fiat, corporibus huiuſmodi alias tum ſubito ſimulq;, tum violenter ſecundum qualitatem alterascentibus: aliàs vnitatis diſſolutione. Alte-
C rantur autem ſubito ſimulq; ab efficientibus qualitatibus, cum & calfiunt, & refrigerantur, & ſiccantur, & humectantur. Verum vnitas diſſoluitur corrumpiturq;, vbi corpora illa vehementer vel diſtenduntur, vel comprimuntur. Ad hunc igitur modum dolor lateris in pleuriticis affectibus, de quibus agit Hippocrates, ortum habet. Nam phlegmone illis in locis præ caloris, qui præter naturam eſt, copia partes eas, quæ phlegmone obſidentur, per diſtemperantiam contriſtat, & repletione diſtendit. Primo autem auxilio ſi dolor is vel ſanari vel mitigari fomentis calidis poſſit, tentandum præcepit Hippocrates. Nempe fomenta calida cutim ipſam ad perſpirationes rariorem efficere, phlegmonesq; ſanguinem tum tenuare, tum per halitum digerere conſueuerunt. Quæ ſi facta fuerint, non ſolum ſanguinis aliquid euacuabitur, verum quoque & affectę, quę minus diſtenduntur, partes mitius exinde & manſuetius dolebunt. At, cum ſanguis in phlegmone non diminuitur, vel etiam ſpiritus vaporoſus ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit. Sanguis autem non diminuitur propter eam, quæ in toto corpore eſt, humorum redundantiam. Nam pars, quæ calore afficitur, plus trahit, quàm euaporet. Nempe, quæ calfaciunt, ſuapte natura hæc, vt, quod vicinis continetur partibus, digerunt, ſic, & quod redundat, ex propinquis trahunt. Cum igitur fomenta calida dolorem non ſoluerint, corpus totum
D inſigni aliqua vacuatione præuacuabis. Vacuatio autem inſignis in morbis acutis, aut per ventrem, aut per venæ ſectionem fit. Quarum alteram aſſumi præcipit Hippocrates, ſcopoſq; eius, quæ præſidio magis eſſe poſſit, edocet. Summa ergo præſentis narrationis hæc eſt. Verum, quæ particulatim ab eo dicuntur, & quæ multis tum obſcura, tum ambigua exiſtunt, in ſequentibus explanabo. Multis dixi, quoniam his, qui ſeſe in dictionibus antiquis intelligendis exercuerunt, pauca omnino obſcura ſunt. At in hiſce commentarijs intentionem non eò tantum dirigimus.

2. *Fomentorum calidorum probatiſſimum eſt aqua calida, vel in vtre, vel in veſica, vel in vaſculo aut æneo, aut teſtaceo poſita.*

Fomenta calida proculdubio vocat, quæ corpus quouis modo calfaciunt. Quorum alia prorſus humida, alia ſicca, & alia ex vtriſq; miſta. Mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate carentia, & ex ijs commiſta tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit, morſu caret, atq; humidum exiſtit. Secundum ex vtriſque ſicco & humido, mordenti & morſu priuato commiſtum eſt. Tertium autem ſiccum quidem, ſed vel mordens vel morſu carens. Quòd ſi & affectiones, quæ vnoquoq; dictorum generum egent, recenſuiſſet, orationem pro-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

fecto ſuam tanto perfectiorem melioremq; quanto & legentibus ipſis vtiliorem, feciſſet. Sed E quia nō recenſuit, propterea neque id recenſere neceſſarium erit nobis, qui doctrinam alterius explanamus, non noſtram perſequimur. At vero, quoniam partes meæ ſunt contra, quàm expoſito res cæteri, agere, (Nempe illi ſuis in enarrationibus ſophiſticas, quæ diſcentes ipſos ad finem artis nullo pacto iuuare poſſint, ſuperſemināt quæſtiones: ego autem ſemper, quę cōmodiſſima ſunt, proſequi molior) ob id & nunc doctrinæ Hippocratis prætermiſſa quidem ab eo, ſed quæ toti ſententiæ dogmatiſq; atq; vniuerſalibus præceptis quodam accedunt cōſequio, adijcere non cūctabor. Quanam igitur rōne fotus (græce τυρία) omnis doloribus ſæpiuſcule adiumēto ſit, prius dictū eſt. Dictum quoq; & de his eſt doloribus, qui à fotu nullo pacto, niſi prius vacuato vniuerſo corpore, iuuantur. Verum, cū hæc fotibus omnibus cōia ſint, humidi quidē phlegmonis his, quę à bilioſiore ſucco factę ſunt, opitulātur: Sicci vero ijs, quæ à tenui aquoſoq; ſanguine exortę ſunt. Perpetuo ſiquidem contraria cōtrariorū eſſe remedia meminiſſe oportet. Hoc igitur ſcopo fotus morſu carentes aduerſus mordentes ſuccos proſunt: Mordētes vero, quòd tenuent, cōtra craſſos viſcoſoſq; valent humores. Eam ob rem quiſnam in ea, quę phlegmone obſidetur, parte euincat humor, obſeruabis, ab ijs, quæ retuli, auſpicatus, ætate. ſ. laborantis, naturali tēperatura, anni tēporibus, locis, & vita antecedente: &, ſi phlegmone videatur, ex ijs, quæ ipſi tum in colore tum in F magnitudine, tum in duritie, tum in mollitie contigerunt. Et, ſi pleuritidem vel peripneumoniā curaueris, ex ijs, quæ ſpuendo excernuntur. Verum, cum præfata omnis dignotio coniecturalis ſit, & non ſcientifica, non certa compertaq;, præſertim vbi in corporis imo ſita ſit, quę dolore afficitur particula, ab his inchoare te oportet, quæ, quàm cætera, magis auxilio eſſe tibi videbūtur. Quòd ſi nihil præſidij tuleris, ad alia etiam te transferre conueniet. Dolore autem non ſedato, ad totius corporis accede euacuationem. Videtur ergo Hippocrates ab eo incepiſſe fotu, qui periculo omni vacat. Is autem eſt, qui minime mordet, humidusq; exiſtit. Nempe, tametſi nihil aduerſus malum fecerit, non tamen magnum, & inſigne afferet detrimentum. Cæterum fotus, qui exaceto, vel orobo, vel ſale fiunt, niſi propriam conuenientemq; conſequantur affectionem, non ſolum non ſalutares erunt, verum quoque & malum augebunt, vtpote qui fortem efficacemq; habeant facultatem.

Verum prius molle quippiam lateri, vt & mitior & iucundior fotus fiat, ſupponere oportet. 3.

Poſtea quàm in vtre, vel veſica, vel vaſculo aut æneo aut teſtaceo poſitam aquam lateri exhiberi præcepit, hac in dictione prius molle aliquid ſupponi ijs, quæ lateri tum quadrare tum cohærere debeant, vt nullo pacto angat, prorſusq; iucunda ſit eorū, q̄ exhibent applicatio, p̄cipit Hippocrates. Cuiuſmodi fuerit lana mollis, vel linteū multiplex, vel q̄ppiā eorū, q̄ tū tenera tum mollia exiſtunt. Sed paulo poſt de eo, q per ſpongiā fit, fotu agens, nihil ſupponi iubet. G

Vtilis autem & ſpongiæ mollis magnæq; atq; ex aqua calida expreſſæ applicatio. Sed fomentum linteo veſtiendum, vt vis eius pluſculo ſufficiat tempore permaneatq;, atq; ſimul ne halitus ad laborantis ſpiritum feratur, niſi forſan & id prodeſſe aliquando videatur. nempe interdum prodeſt. 4.

Cætera quidem, quæ in dictione continentur, liquida manifeſtaq; exiſtunt: ſed de halitu eſt diſcutiendum. qui multum & lædit & contriſtat, non ſpirandi difficultatem caloris incremento ſolum proritans: ſed pulmonis anguſtiam, qua ob replentem, qui humidus eſt, halitum afficitur. Solis igitur laterum doloribus tum ſiccis, tum quibus nihil expuitur, idonea eſt halitus inſpiratio, plus auxilij, q̄ noxę, afferens. hoc igitur in loco ſcriptum eſt primum fotus genus. Mox ad ſecūdū ſeſe conferens inquit.

Præterea & hordeum & eruum in aceto ita diluto vt paulo acidius ſit, quàm vt quis bibere poſſit, madefacta perfuſaq; & feruefacta atque in ſacculos conecta lateri apponuntur, atq; ad hunc modum furfur. 5. H

Hordeum eruumq; non ſemina, quæ integra ſint, ex aceto & aqua excoquere præcipit, ſed prius conciſa comminutaq;. cōſtatq; Hippocratem velle id ex verbo hoc Νίτρα. {Natrum} ſiquidem madefacio & perfundo ſignificat} atque aliter ex actione ipſa certior fies. Nempe hoc pacto tum blandior, tum efficacior erit fotus. furfur denicq; & hoc pacto parare præcipit. fotus autem huiuſmodi priore efficacior virtute aceti redditur. Quòd ſi & ex orobo paretur, conferet ſanè & is non parum. Nēpe eruum craſſos humores tum ſecare, tum conficere, tum euaporare poteſt. atque ob id fotibus huiuſmodi vtemur, vbi craſſos viſcoſoſq; humores in ea, quæ phlegmone obſidetur, parte collectos ſuſpicabimur. Tibi aūt ſanè id conſtabit ex antecedēte victu, ſi humores huiuſmodi produxerit, anni tēporibus, & locis, & ætate. Præterea & ſi beneuoli hi manſuetiq;, quos prius memorauimus, fotus nihil præſidij attulerint. Nam, vbi de corporis totius repletione diſtinxeris, cū videlicet neq; huius notę apparuerint, neq; beneuoli mites q; hi fotus quippiam iuuerint, ſuccorum exiſtimabis craſſitiem, quæ in halitum ſoluitur, flatuoſumq; ſpiritum, qui ob denegatum exitum contriſtat grauatq;. Flatū ergo hūc parientesq; ipſum humores, præfati diſcutiunt fotus, & potiſſimū qui ex eruo parant. Præterea & ſermonē percurrens Hippocrates, manifeſte ſimul & optime

A & optime metricam aceti ad aquam temperaturam memorauit. Nempe acetum ita dilutum eſſe oportere inquit, vt paulo acidius ſit, quàm vt quiſpiam biberit, vt. ſ. & acrius ob mordendi facultatem, & aquoſius propter operationis ignauitatem vitemus. In incidentis igitur atq; per halitum digerendis tum craſſioribus tum viſcoſioribus ſuccis, aquoſo oxycrato congruētius fuerit, quod acrius. Sed, quoniam medicamenta huiuſmodi non tolerant, quæ phlegmone obſidentur partes, ob id mediam vtriuſq; exuperantiæ temperiem fecit. Hoc tibi ſit ſecundum fotuum, quos ab initio trifariam ſeparauimus, genus.

6. *Siccis ex fomentis maxime cōueniūt, quæ ex ſale milioq; frictis torrefactiſq; atq; in ſacculis concluſis parantur. Læue ſiquidem quippiam & beneuolum iucundumq; eſt milium.*

Ad tertium fotuum, quos ab initio diſtinximus, genus ſeſe transfert Hippocrates, mentionem * Morſus. milij & ſalis faciens. Eſt autem communis vtriq; ſiccitas: ſali vero peculiariter ineſt ſiccitās. miliū autem morſu caret.

7. *Fomentum huiuſmodi, & dolores ad clauiculam {humerumq;} pertinentes ſoluit.*

B Ex adiectione huius coniūctionis, &, oſtendit & dolores alios ſoluere, vtpote eos, qui ad hypochondria pertinent.

8. *Sectio autem non ſimiliter ſoluit dolorem, niſi is ad clauiculam pertingat.*

Sectio, inquit, venæ ſcilicet, quam non ſimiliter ſoluere inquiens, auxiliari & ipſam non negauit. Sed de huiuſmodi auxilio in ſequentibus fuſius, latiusq; ſcribit.

9. *Verū, ſi fomētis dolor nō ſoluatur, nō diutius calefacito. ſi ccat enim id pulmones, atq; ad ſuppurationem excitat.*

Fomenta varia, alia quidem humida, alia ſicca, & alia mordentia, aliaq; mordacitate carentia vbi percurreris, ſi ab horum experientia facta dolor non leuetur, totum corpus vacuabis à fomētis deſiſtens, cum pulmonem exiccent, & ſuppurationem excitent. Fit autē ſuppuratio huiuſmodi, lateris inflammatione non exhalante, ſed in pus trāſeunte: mox pure ipſo in mediam thoracis pulmonisq; regionem confluente.

10. *Si vero dolor ad clauiculam pertigerit, aut moleſta ſit vel brachio, vel māmæ, vel partibus ſepto trāſuerſo ſuperioribus grauitas, interna cubiti venam ſecare expedit. neq;, vt copioſe ſanguis detrahatur, eſt cūctandū, ſed eouſq;* † Aliqui cod. addunt, & flauior. C *auferendus, donec rubidior † multum, vel pro puro rubido liuidus fluxerit. Nam vtrunq; contingit.*

Pro eorum, qui inflammationem pariunt, humorum vergentia inclinationeq;, vacuationes facit Hippocrates. Nempe, quod dicitur, Quò natura vergit, per loca conferentia eò ducere, Id veriſſimum exiſtit. Contingit autem interdum id ob differentiam partium eius, quæ coſtas ſuccingit, membranæ. Nempe ſuperiores ipſius partes, cum inflammatur, ad clauiculam brachium & mammam condolentiam extendunt. Inferiores vero ad ſeptum tranſuerſum & hypochōdrium. Cum igitur ſuperiorum condolentia ſignum fecerit, venam in cubito ſecare eā oportet, quæ ſanguinem ab affecta parte & magis et velocius tum reuellere tum vacuare poſſit. verum, ſi partibus infernis affectus conſenſerit, purgatione vacuare expedit. Recte autem grauitatem circa brachiū eſſe & non dolorem dixit. Nempe, q̄ hoc in loco ſanguis magis aceruetur, repatq;, ſignum eſt grauitas, quæ ex multitudine fit. Tenſiones autem & in ſola affectus participatione fieri conſueuerunt: cum videlicet partes ijs, quæ inflammantur, attiguę citra ſanguinis redundantiam tendūtur. Ob id igitur ſanguinem redundantem ſecta interna vena vacuandum præcipit. Sunt autem in interno cubiti articulo plures, quas ſecare conſueuimus, venæ, de quibus abunde quidem in ana- * Dictio hæc nec in antiquis græcis cod. nec in tralatiōe veteri habetur. D tomicarum tractationum tertio, atque in alio libro, qui ſeorſum de venarum arteriarumq; ſectione ſcriptus eſt, diximus: ſed impræſentiarum de ipſis ſummatim agemus, ab initio ducentes orationem. Vena caua ex gibba hepatis ſurſum ad dextram cordis aurem ſanguinem ferens, partibus quidem interiacentibus exiguum ipſius diſtribuit, ſed cordi ipſi plurimum elargitur. Deinde ab eo, tanquam ab initio, progreſſa ad collum recto feſtinat tramite, atque in duas rectas ſcinditur in thoracis parte venas, easq; inſignes, quas iugulares vocant. propagantur autem ab ipſa prius, quàm ad cor ipſum pertingat, inſignes quidem venæ ad ſeptum tranſuerſum: paruæ autem ad inferiorem thoracis partem, quæ octo coſtis conſtant, contēdentes. Pars autē hæc ab vna, quæ cōiugio caret, nutritur vena. quę in quibuſdam animantibus ſupra cor adnaſcitur: in quibuſdam vero, vt in homínibus, ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem vena caua tangit: hinc ſiquidem emergens, humilius depreſſiusq; per cor defertur, atq; in ſpinam contorquetur. Vena igitur, quæ ad inferiorem thoracis partem defertur, vtrinq; coſtis octo ad ſeptum vſq; tranſuerſum diſtribuitur. Cæteræ autem ſublimiores thoracis coſtæ quatuor ab alio venarum nutriuntur coniugio, quod à vena caua propagat prius, quàm ea in iugulares ſcindatur. Ab his igitur duabus venis deinceps ſunt, quæ ad manus per axillas pertingunt. Verū, quæ humerarię appellantur, ab ipſa caua poſtea, quàm in iugularias fiſſa eſt, vtrinq; vna, iam thoracem extra progignuntur, habentq; radices ijs,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ces ijs,quæ in ſuperficie extãt, iugulariſs communes. A iugulariſs ſiquidem quæ in ſuperficie ex- E
tant,vt partes ferè omnes tum colli tum capitis in ſuperficie conſtitutæ nutriuntur:ſic & à iugula
riſs altius profundiusq; latentibus partes omnes altius profundiusq; latentes ali cõtingit. Verũ,
quæ circa ſcapulas atq; circa dorſalem medullam,quæ eſt in collo,exiſtunt loca, venas habẽt,quæ
ex inferioribus præfatæ radicis communis partibus ad ipſas aſcendũt. Communem dico radicẽ,
quam proxime dixi & ijs,quæ in ſuperficie conſtitutę ſunt,iugulariſs & humeariſs communem
eſſe.Non immerito igitur humeraria †{ſuperiores clauicularum partes,easq;},quę & in collo & †partes,quę ſu
capite exiſtũt,tũ magis,tũ velocius euacuat.Axillaria vero thoracis partes,& magis eas,quę in ſu pra clauiculas
blimi ſitæ ſunt,præſertimq; in hominibus ipſis.Nempe infernas demiſſasq; omnes vena vna al- ſunt.
tera nutrit,quæ ſub corde à vena caua procedit.Ex ſiniſtra autem parte venæ illius, quæ infernas
thoracis partes alit,atq; ad coſtarum radices prona fertur,aduſq; ſeptum tranſuerſum ſingulis in-
tercoſtalibus ſpatijs tum ſiniſtris tum dextris rami diſtribuuntur. Verum, quod reliquum ex ea
eſt,ſeptum tranſuerſum penetrat,primisq; ab eo corporibus diſpenſatur. Cęterum, quę per axil- F
las ad manus feruntur venæ,proximas ijs,quæ ſublimes quatuor thoracis alunt coſtas,radices ha-
bent.ſuntq;, quàm quæ per humerum ad manus contendunt,longe maiores, aſcendũt autem ad
internam brachij vtriuſq; atque, cum per ipſam pronæ feruntur,muſculis ipſis,qui inibi ſitum ha
bent,notabiles diſpẽſant ramos. Verum, cum ad cubiti articulum prope venerint, venas brachij
internas ad ipſius cubiti oſſis nodum,qui hic poſitum habet, producunt. quicquid vero reliquũ
eſt,bifariam ſciſſum diuiſumq; per cubiti flexum defertur, parte ea, quæ in ſuperficie cõſtituitur,
venam eam,quæ in eo cubiti flexu ſecatur,efficiente:penitiore vero eam,quæ cum arteria diuidi-
tur.Secatur quoq; & vena alia in cubito obliqua,†{veluti & ea,quæ in vtraq; manu vna eſt} hu- †Veluti & hęc,
meariæ nõ exigua portio.Nempe & humeraria ipſa per brachium ſubter cutem conſpicue per- in vtraque ma-
currẽs in ipſo cubiti articulo,qua ſublimiſſimæ extãt partes, figurata.ſ.vt Hippocrates in libro de nij vna.
fracturis docuit,manu,diuiditur. Quæ igitur ſublimior venæ ipſius à fiſſura portio per externa
cubiti loca defertur, ea põſt fiſſuram ipſam ſecatur, qua primæ venæ radici è directo maxime re- * Apud.
ſpondet.Eam ob cauſam & ſublimiora clauiculãrum loca citiſſime euacuat. Portio autem, quæ * Clauiculis.
in cubiti flexum oblique fertur,minus quidem ea,ſed cęteris magis eas euacuat partes.Pars vero,
quæ ab interna notabili vena oblique etiam fertur,minime quidem præfatas vacuat partes:verũ
maxime thoracis ſuperiora,{q; radices tum eius,quæ per axillam ad manum fertur, tũ eius,quæ
ſuperiores thoracis alit partes, vicinæ admodum exiſtant.} Secare igitur hanc iubet Hippocrates * Hęc ex anti-
prius,q; venæ,quæ ex humeriariæ fiſſura prouenit,præſens ſit,inſeraturq;. Quæ ſi aliquando non G qua tralatione
comparuerit,vice huius ſecamus aliquam ex internis, quas rectà in os cubiti deferri didicimus. & recte.
Quod ſi & eæ non comparuerint, accedimus ad eam,quæ ex præfatarum duarum venarum obli
quarum inſitione progignitur. Verum,& cum ea interdum non apparere poſſit, humeraria ap-
parente,ſeca humerariam.qui ſcilicet vacuationes ab vniuerſo animalium corpore fieri noueris,
quãquam neq; celeriter,neq; ſimiliter ex vena omni fiant. Nos vero partem eam,quæ phlegmo-
ne obſidetur,tum celeriter,tum,quàm cæteras partes,magis in acutis præſertim morbis vacuare
contendimus.Quod ſanè interna cubiti vena facit, multoq; magis,vbi ſanguinis redundantia ad
ſuperiora vergere videatur,aut ſuperiores thoracis partes affectæ ſint. Nempe in eo malo tũ bra-
chium tum mamma grauari ſolent.Verum,quę partes thoracis inferiores prope ſeptum tranſuer
ſum infeſtant phlegmonæ,non abs re dolorem ad hypochondrium tranſmittunt. Quo fit, vt do-
lores huiuſmodi nõ admodum iuuet,quæ in cubito fit,vacuatio, corde.ſ.medium occupante.Ne-
pe venam,quæ inferiores thoracis alit partes, ſub corde emergere nuper audiuiſti.Dicta quidem
mihi hæc ſunt ſuper eo,quod ab Hippocrate bene ſcriptum eſt, de ſecanda.ſ.interna cubiti vena.
Sed,q vacuandi ſanguinis terminum coloris mutationem poſuerit, deinceps eſt differendum.
Quicquid ergo ſanguinis in phlegmone continetur,id caloris abundantia colore permutatur:re- H
liquum autem in partibus omnibus ſimile manet.Eam ob cauſam ſanguine,qui in totum ſpargi
tur corpus, pituitoſiore exiſtẽte,rubicundior ſanè erit,qui in eo,quod phlegmone obſidetur, late
re cõtinetur.Quòd ſi ſanguis in corpus totũ diffuſus,rubidus fuerit,is proculdubio,qui ad phleg-
monen eſt aduſtus aſſatusq;, in nigrum permutabitur. Liuidus autem in ea, quæ fit à rubido ad
nigrum, tranſmutatione medium obtinet. Coloris igitur mutatio ſanguinis ex particula inflam-
mata translationem ſufficienter commonſtrat. Vacuationis igitur modum mẽſuramq;, quæ affe-
ctui peculiaris ſit,diximus.Sed,ſi interdum virtus tantũ vacuare prohibeat,parti ipſi,quæ phleg-
mone obſeſſa eſt,minus quidem futurum auxilium ſcire oportet.ſed melius eſt virtutem nõ exol
uere,quàm ſanguinem vacuare redundantem.

Si vero eas,quæ ſub ſepto tranſuerſo ſunt,partes dolor infeſtat,nullumq; ad clauiculã ſignum fecerit: vẽtrem vel 11.
nigro veratro,vel peplio mollire oportet.Sed veratro nigro vel daucũ,vel ſeſeli,vel cyminũ,vel aniſum,vel aliud * Af.ſelinon id
quippiam boni odoris miſcebis.Peplio vero ſilphij ſuccũ,quanquã & hæc inter ſe miſta non diſſimiliter agant. Cæ- eſt apium.
terum veratrum nigrũ tum melius tum ad indicationẽ iuuantius,quàm peplium,ventrem ſoluit, ſed peplium flatũ
magis excutit.{Dolorem præterea ambo hæc ſedant. Sedant quoque & alia, quæ expurgant medicamenta. Ve-

rum

A *rum omnium,quæ nouerim viderimq;,hæc potiſſima exiſtunt. Nẽpe,& quæ in ſorbitionibus dantur purgantia me*
dicamenta,ſoluere poſſunt,quæcunq; ſcilicet non valde inſuauia exiſtunt vel propter amaritudinem, vel aliã quã-
piam iniucunditatem, vel quantitatem, vel colorem, vel ſuſpicionem aliquam.}

Quòd medicamenta purgantia per experientiam inueniantur,& quoſnam expurgent humo-
res,& ſi omnino purgent,in libris de ſimplicium medicamentorum viribus didiciſti.Quòd vero
purgationis neceſſitas ſit,ſi redundantes humores deorſum repãt,eſt quoque ratione ſcitum ani-
maduerſumq;:ſed id teſtimonium ratamq; fidem ab experimentis habet.Edocuit autem Hippo-
crates facultatem medicamentorum, quæ in huiuſmodi affectibus propinat:veratrum quidem
nigrum κρισιμώτερον.i.ad iudicationem iuuãtius vacuare, peplium vero flatus magis excutere af-
firmans.Quę autem ab Hippocrate κρισιμώτερα,id eſt ad criſim iuuantiora,dicuntur,ea morbi iu-
dicium faciũt magis,quod facultate verbo huic ὠφελιμώτερα, id eſt iuuantiora,idem exiſtit.At, cũ
purgantia omnia medicamenta ventrem,præſertimq; os ipſius, q maxime tum neruoſum tum
ſenſile exiſtat,affligant lædantq;,ob id eorum,quæ boni ſunt odoris, miſtio excogitata eſt,ne ſola
ſynceraq; purgantium medicamentorum virtus os ventris tangat. Permiſta quoque inter ſe
B tum peplium,tum elleborum ὁμοιότροπα, id eſt modi ſimilis,eſſe ait, quod eſt facultatibus conue-
nire,& in nullo controuerſa eſſe.Nam & in purgantium medicamentorum permiſtione contro-
uerſia eſt,non quando aliud quidem bilis,aliud vero pituitæ excretorium fuerit, (Nam eodem tẽ
pore vacuari tum bilis,tum pituita poſſunt) ſed quando aliud quidem protinus, aliud vero lõgo
à propinatione tempore purgationem mouere natum ſit. Nempe hoc pacto inequalis(eis ſimul
ingeſtis) fit vacuatio.inæqualem dico,cum iam altera quidẽ deſinere,altera vero incipere videa-
tur.Nempe,quod citius purgare conſueuit medicamentum,id & ex alio quippiam ſimul vacuat.
quo fit, vt, quod exiguum ipſius relinquitur,imbecillius reddatur, & lõge tardius ſuam inchoet
purgationem.Præfinita igitur vacuationis lege ſimile eſt elleboro peplium, poteſtq; elleboro ſi-
militer nigrum ſubducere humorem.Cætera tum dictionis huius,tum ſequentium patent. Con-
ſiderare igitur hæc atque in memoria tenere nos oportet, ſed nõ perpetuo in pleuriticis vti debe-
« mus,ad memoriam reuocantes Aphoriſmum illum,vbi dicitur, In acutis morbis raro & in prin-
« cipijs,purgantibus medicamentis eſt vtendum. Vbi igitur (inquit) non ſolum acutus morbus
fuerit,cuiuſmodi eſt pleuritis, verum & cum febre vehementiſſima, multo magis vitãda eſt pur-
gantis medicamenti adminiſtratio,atq; per ſectionem venæ vacuandum magis,etiam ſi ad hypo-
C chondrium dolor finiatur.Nempe & ſi minus quidem auxilium,quàm per purgationem,ſequa-
tur,ſecurius tamen multo exiſtit. Immo nullum ex eo, quod per venæ ſectionem fit,periculum
impendet,eo diſcrimen maximum ſubeunte, quod per purgationem tentatur: & potiſſimum ſi
laborantis naturam expertus quis non fuerit.Nempe alij difficulter natura purgantur:alij modi-
co aſſumpto medicamento purgantur copioſe. Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti
tantum propina,quãtum in plurimis mediocriter vacuari tum nouiſti, tum ſis expertus. Si enim
hominis naturã nõ noueris,metus eſt, ne plus iuſto vacues, vel nullo pacto vacuationẽ moueas:
aut, ſi moueris,non tamen ſufficienter vacues. Quæ omnia magnas in morbis acutis pariunt
offenſas.quod non facile, vt in ijs,qui non febricitant, emendatur. Cum igitur febris vehemens
non fuerit, naturamq; laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te conferes,
ijs,quæ ab Hippocrate dicta ſunt,vel etiam alijs ſimilis naturæ vſus. Quo è numero eſt, quod ex
colocynthide paratur medicamentum.quod iam ex vſu hieram vocant.Id ſanè varijs parant mo-
dis,ſed,quod elleborum accipit ſcammoniamq; non habet, id ijs,qui medicamen ſubductorium
omnino aſſumere poſſunt,optimum eſt.

12. D *Vbi autem quis medicamentum ebibit,ptiſſanam protinus ſorbendam dato,neq; inſigniter minore, quàm con-*
ſuetum eſt, quantitate.

Et maxime quidem ventris ori, quod & ſtomachum vocant, vt in ipſis purgantium medica-
mentorum potibus illæſum maneat,conſulere oportet. præſertimq; vbi febrientibus tale quip-
piam propinatur. Verum præcipua, ne offendatur,cautio eſt,ſi medicamentum,quod propina
tur,purum non ſit:ſed cum alijs,quæ malitiam ipſius hebetare nata ſunt,temperatum miſtumq;.
Nempe purgantium omnium medicamentorum natura, corporum,quæ expurgantur, naturis
contraria eſt,atque,vt quiſpiam dixerit,letalis,& deleteria,id eſt peſtilens:vt autem ſucci papaue-
ris,mandragoræq;,& hyoſciami,atque aliorum huiuſmodi multorum,quæ nobis & ſubſtantia et
viribus aduerſa corpus perimere nata ſunt, portionem exiguam aſſumentes, magnam percipi-
mus commoditatem: ſic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus noſtris
aduerſa eſt,exiguam aliquam partem præcidentes ad ſuppetias ferendas vtimur. Quo item mo-
do in horum medicamẽtorum potu ſeminum aliqua,quę boni ſint odoris,miſcemus,quæ et ma-
litiam obtundere nata ſint,& operationem ipſorum non prohibeant, tenuandi incidendiq; facul
tatem obtinentia, ita vt & craſſos incidant humores,& vias, quibus vacuatio fiat,aperiant pate-
faciantq;:ſic & à ſumpto medicamento ptiſſanam ſorbere confert. Nempe purgans medicamen-

tum

tum ipſum, tanquam exiguum ſit, ad ventris quidem fundum peruenit: verum, dum tranſit, ſto- E
machus & quæcunque ventris ſublimior pars non qualitatem medicamenti purgantis modo, ve
rum & ſubſtantiæ, quæ in tranſitu hæret, aliquid aſſumens, vehementer lædit. Ptiſſanæ igitur
cremor ſuperingeſtus commoditatem affert. Nempe & detergere, & deorſum trahere, quod viæ
adhæret, & qualitatem medicamenti, quod his adhæret partibus, tum temperare, tum permutare
poteſt. Ob eas igitur cauſas à purgantis medicamenti potu, ptiſſanam ſuperſorberi præcipit. ſed,
vbi purgatio cœpit, ab ea vult abſtinendum, purgantis medicamẽti operationem exoluí veritus.
atq; ob eam rem ait.

Et, quoniam ab re non eſt, purgatione in media ſorbitionẽ dare nõ cõducit. At, vbi purgatio deſierit, tũc ſorbitio 13.
detur, ſed conſueta minor: deinde liberalius perpetuo exhibeatur, ſi & dolor ceſſauerit, & nihil aliud obicẽ fecerit.

Contra, quàm plerisq; huius temporis medici, rem hanc docuit Hippocrates. Nempe hi, vbi va
cuauerunt, copioſe nutriunt. Hippocrates vero à purgatione, ptiſſanæ minus miniſtrari iubet.
Nam corporum, quæ expurgata ſunt, natura expurgatione agitata labefactaq; tolerare alimoniã
non poteſt, neq; probe eam conficere, niſi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tantum cremoris
primo exhibendum, quantum domare poſſint: Deinde paulatim ſenſimq; adaugere oportet, ſi F
& dolor, vt inquit, ceſſauerit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore ait, eſt manifeſtum: ſed,
nihil aliud prohibere, ad præfatas referre oportet, ſi intelligere volueris, diſtinctiones, in qbus de-
monſtrauit, quonam pacto morbis acutis laborantes abſq; ſorbitionibus regere oporteat. Sũma
vero horum eſt, cum vel morbum ante iudicationẽ nulla ſorbitione indigere ſperabimus, vel in
quibus ſumma eſt, quæ phlegmonen facit, cruditas.

Ratio autem mihi eadem eſt, ſi & ptiſſanæ cremore vtendum ſit. 14.

Tempus exhibendorum tum ptiſſanę, tum cremoris ipſius & antea ſimile eſſe demonſtrauit,
re vna duntaxat differentiam horum definiens. Nempe à cremore principium exhibitionis facit.

Melius ſiquidem eſſe dico, vt protinus à morbi initio ſorbere incipias, quàm inanitis vacuatisq; venis vel die ter 15.
tio, vel quarto, vel quinto, vel ſexto, vel ſeptimo, ſi ante hoc tempus morbus haudquaquam iudicatus fuerit, ſorbi-
tionem inchoare.

Quod in Aphoriſmis ſcripſit Hippocrates, id & impræſentiarum perſequitur, in morbi omnis
vigore, tenuiſſimo vtendum victu præcipiẽs. Si igitur, quinta die morbi vigor futurus ſit, & eger G
ſolo vſus potu ſufficere nõ poſſit, melius eſſe ait ſi protinus ab initio ptiſſanam dederis, & neque
tertio die, neque quarto ſorbitionem inchoaueris. Sic ſanè & eos, q vel quinto, vel ſexto, vel ſepti
mo ſorbitionem inchoant, falli circumueniriq;, ſi ante hoc tempus morbus non fuerit iudicatus.
Per iudicationẽ intelligo, vt dixi, non perfectam morbi mutationem ſolum, verũ quoq; & effa-
tu dignam tranſmutationem.

Præparationes autem & his tales fiant, quales dictæ ſunt. De ſorbitionis igitur exhibitione ita ſentio. 16.

Et, quibus ab initio ſorbitionem daturus ſis, præparationem ſimiliter fieri præcipit. Id eſt, ſiue
ſectionis venæ, ſiue clyſmatis, ſiue balani neceſſitas fuerit, illud ante faciendum iubet.

De potu quoq;, qualemcunq; ex declarandis potaturus quiſpiam ſit, eadem omnino mihi eſt ratio. 17.

Si laborantem potu ſolo citra ptiſſanæ ſorbitionem rexeris, præfatas quoq; præparationes te-
facere iubet. id eſt aut venam ſecare, aut clyſmate vel balano vti.

Verum & medicos contra omnino, quàm oportet, agere ſcio. Nempe omnes, languentes ipſos per initia morborũ 18.
duos vel tres, vel etiam plures dies media ſiccare, atque ita tum ſorbitiones tum potus exhibere volunt. idq; forſan H
quòd magnæ corporis mutationi magnã quampiã obijcere mutationem ipſis decens eſſe videatur. Verum mutatio
ipſa bene quidẽ habet †{non modica, } ſed rectè transferẽda venit. Iam autem & ciborũ exhibitio mutationis ra- †Al. ſi modica al. non modicũ
tionem maxime ſubit.

Medicos culpat Hippocrates, qui languentes ipſos in abſoluta ciborum abſtinentia ſeruãt: de-
inde eos protinus alij quidem ad ſorbitionum, Alij ad potuum ingeſtionem deducũt. Non tamẽ
mentionem eorum fecit, qui cibos validiores ante morbi concoctionem miniſtrant. Conſueuit
ſiquidem, vt antea dixi, interdum prætermiſſis, quę maxima ſunt, erratis culpare minora, & eam,
quæ ex illis oritur, demonſtrare offenſam. Qui autem ita tranſmutant, forſan (inquit) rationabi-
liter tranſmutare arbitrantur, in magna corporis tranſmutatione effatu dignam victus permuta-
tionem facientes. Quod ſanè bene eos exiſtimaſſe ait: non tamen de tranſmutatione omni, ſed be
ne aliqua eſt putandum. De qua partim prædixit, & partim quippiam eſt dicturus, ſermoni ad-
ſtruens declinandas eſſe repentinas mutationes.

Maxime ergo lædẽtur, qui tota vtentur ptiſſana, niſi rectè transferantur. lædẽtur quoq;, & qui ſolo vtẽtur cre 19.
more, quanquam minus. lædentur præterea, & qui ſolo vtentur potu, ſed hi minime.

Dictam

A Dictam paulò ante ſubitam victus mutationem, qua primis diebus in abſoluta ciborum abſti-
nentia ſeruatos languentes circa diem quartum nutrire incipiunt, maxime quidem nocere ait, ſi
in ptiſſanam totam transferantur, minus vero, ſi in cremorem, ſed ὕχυσα, id eſt ἐλάχιστα, quod mini-
mum indicat, offendi eos, qui ad ſolos procedunt potus. Nempe ex magnitudine virtutis eorum,
quæ offeruntur, magnitudo oritur offenſæ.

20. *Oportet autem & ex ſanorum hominum victu diſciplinã, quæ cõferat, facere. Nam, ſi ſanis quibuſdam tales vel*
tales cibi variare videantur cum in alijs quibuſdam, tum in nõ nullis mutationibus, quomodo & in morbis quibuſ-
dam & maxime in acutis non valde euariabunt?

Incipit Hippocrates præfatam ab ipſo de victu ſententiam demonſtrare, arguẽs vnà & eos, qui
contrario victum inſtituunt modo. Sed, vt dilucidus conſpicuusq; reddatur ſermo, ſummã ipſius
omnem præfari melius eſſe mihi videtur. Eſt autem earum, quæ in eam rem aſſumuntur, ſumptio
num dignitas altera vniuerſalis hæc. Si bene valentibus læſionem afferant repentinæ victus ad
contraria mutationes, multo magis ægrotantibus ipſis. Quod varijs etiam modis poſſumus inter
pretari, aliud in aliam tranſumentes dictionem, vt hoc pacto, In repentinis victus mutationibus,
B qui ſani ſunt, ęgris minus læduntur. Vel ſic, Ægri ſanis magis læduntur. Vel ad hunc modum, De
trimenta ſanos minus, quàm ęgros, afficiunt. Et adhuc generalior hac, Validiores minus afficiũt,
imbecilliores magis, detrimẽta. Licet et aliter vim ſermonis interpretari aut ex eo, quod per ſe et
primum vtile ſit ad quod demonſtratur: aut ex aliqua continentium ipſum vel dignitatum vel
ſumptionum. Talis quidem tibi ſit per ſe credibilis altera ſumptionum (lemmata Græci dicunt)
quas ſanè vocare conſueuit Ariſtoteles dignitates, {vel proloquia, vel poſtulata.} Sed alteram,
cui fides per experientiæ lucem acceſſit, deinceps audi. Sanos etiã repẽtina victus mutatio offen-
dit. Ex vtraque hac ſumptione concluditur languentes à repẽtina victus mutatione lædi magis,
ſed multo magis, qui acutis infeſtantur morbis. Hæc eſt vis ſermonis. Verum Hippocrates alterã
ex ſumptionibus per ſe tum prius, tum credibilius, protinus citra probationem accipit. Alteram
vero ijs, quæ ſingulatim per experientiam noſcuntur, fide donat & auctoritate. Quod & ſequens
declarat oratio.

21. *Atqui, quòd vitioſus victus cibi & potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatẽ tutior ſit, quàm ſiquis ſubito ad alterũ*
vel meliorem ſe transferat, facile diſcitur, intelligiturq;.

* Diæta φανλα. id eſt vulgaris ac ſimplex, qd ſit, habetur à Gal. in cõ. lib. đ fract. pag. 230. G. & pag. 248. c.

C Alteram ſumptionum earum, quæ ad præſentis ſermonis demonſtrationem præſtant, nunc ex
multis particularibus exemplis aſtruere incipit, fidem ipſius in vnam colligens ſummam, quæ ta-
lis eſt. Magnæ & repentinę præter conſuetudinem mutationes non paruam ſanis afferunt læſio-
nem. Quanquam ſermo hic conſpicuus ſit, tamen, ſi quippiam, quod explanatiõe indigeat, inter
cidere videbitur, ijs, qui exercitati non ſunt, in ſequenti ſerie explanare non cunctabor. Nempe
hic commentarius liberalior ac humanior eſt, ſi non eos modo, qui in rationibus ſunt exercitati,
ſed etiam, qui nõ ſunt exercitati, ſpectet. Quòd ſiquis præfatas diſciplinas neq; didicerit, neq; ex-
pertus fuerit, aliud quippiam agat.

22. *Nempe tum ijs, qui bis die comedũt, tum ijs, qui ſemel, noxas et infirmitatẽ pariũt repẽtinæ mutationes: eosq;, qui*
prandere non conſueuerunt, & prandent, ſtatim infirmos reddunt, toto itẽ corpore graues et imbecillos, & deſides.
Quòd ſi ſupercœnauerint, acidum ructant: alios alui leuitas exercet. Nẽpe ventriculus præter conſuetudinẽ grauã-
tur, ſuperſicceſcere conſuetus, non bis tumeſcere, neq; bis cibos coquere.

Non ſolum, q̃ in repentina conſuetudinis mutatione valde lædantur, verum quoque, & quæ-
nam læſiones fiant, & quonam modo ſingulas emendare oporteat, ſcribens Hippocrates, ob id
D ſermonem prolixum facit. quomodo, ſi duntaxat, q̃ in repentina conſuetudinis mutatione lædã-
tur, oſtẽderet, ob id ſermo illi totus breuis foret. Prima igitur conſuetudinis mutatio, quam nunc
exprompſit, eſt de ijs, qui prandere non aſſueti pranſi aliquando ſunt. Ait enim tales & infirmos,
& toto corpore graues fieri, imbecillos item & deſides reddi. Contingunt autem hæc ipſis, grauã-
ta ab alimẽto, veluti à pondere, facultate. Neq; enim imbecilla ea redditur propria ratione, velu-
ti in cibi penuria fieri conſueuit. Ob eam igitur cauſam hoc in loco ſermoni adiecit totum corpus
grauari ijs, qui bis cibati ſunt, eosq; fieri deſidioſiores. Verum in aſſuetis prandere & non pranſis
imbecillitatem quidem virtutis ſcripſit, ſed grauitatem non adſcripſit. Nempe & in talibus muta
tionibus imbecillitatẽ ſua rõne virtus. Præterea, cũ deſides fieri in p̃ſenti victus mutatione aſſerat,
in contraria timidos eſſe dixit, quaſi opus omne perosos, & veluti opus aggredi veritos, diceret.
Nempe res ita habet. Nam, qui ita ſe habent, virtutis imbecillitatem vere ſentiũt: atque ob id eas,
quas ante promptius obibant, obire non audent actiones. Quinetiam & ijs, qui diminute ciban-
tur, viſcera videri pendere ait, eosq; tum calidum, tum χλωρόν, ideſt viride meiere. Calidum in-
quiens, id eſt ſolito calidius. χλωρὸν vero, id eſt viride, iuxta morem quendam Aſiaticorum Græ-
corum, qui & nunc obſeruatur. ὠχροὺς ſiquidem, id eſt pallidos quoſdam videntes, cauſam, cur ita
χλωροί, id eſt virides, facti ſunt, interrogãt. χλωρὸν & ὠχρὸν, id eſt viride & pallidum, nihil differre
exiſtimantes.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

exiſtimantes. Viſumq; quendam ſe ipſo χλωρότερον, id eſt viridiorem, dicunt. ὠχρότερον. i. pallidiorẽ E
ita ſignificantes. Eſt autem ὠχρὸν χρῶμα. i. color pallidus † veluti ignis, & color ὠχρὰς vocatę, cuius
prima ſyllaba acuitur. Fitq; talis color permiſta aquoſo excremento pallida & amara & flaua ap-
pellata bile. Nẽpe flauus color, quantũ à rubro in albiorẽ ſecedit, tantum à flauo pallidus. Scripſit
& alia quædam ſymptomata, quæ ita à affectis fiunt. De quibus, cum ad eam, quæ de ipſis eſt, men-
tionem peruenerimus, agemus. Præſentem autem dictionem diſcutiamus. Quæ in non aſſuetis
prandere contingere ait, his adhuc & hoc adiecit. Si autem ſupercœnauerint, acidum ructant.
Quòd autem ructus acidi fiant & propter vẽtriculi frigiditatem, & propter pituitam ſæpius in eo
aceruatam, & propter ciborum multitudinem, aut, ſi pauci quidem ſint, poteſtate tamen frigido-
rum, didicimus. Omnium autem præfatorum commune eſt calorem ventris ingenitum vinci
à cibis, non eos vincere, neque his præſtare, neque probe ipſos conficere poſſe. vt ſi modicæ flam-
mæ lignorum multitudinem ſuperaceruaueris, vel & citra multitudinem tum viridia tum humi-
da ſuperpoſueris. Cæteris ita cibatis σωπτίλων, id eſt alui læuitatem ſiue humidam diectionem fie
ri ait. Verum in exemplaribus non paucis non σωπτίλων, ſcriptum inuenies, ſed ἄσσων, vt eo vo-
cabulo ῥιπτασμὸν, id eſt proiectationem intelligamus corporis hominis huius, qui ita cibatus eſt,
corporis, inquam, ob cibi multitudinem ἀσσομένου. i. grauiter moleſteq; habentis, atq; implacidi F
inquietiq;, dum in lecto iacet, & ſeſe permutantis. Cæterum, cp circa dictionis finem concoctio-
nem elixationi ſimilem eſſe oporteat, manifeſte oſtendit, tanquam à calido fiat non ſicco ſquallẽ-
tiq;, cuiuſmodi eſt febrilis, ſed humido vaporoſoq;, cuiuſmodi eſt, qui in animalibus ſecũdum na-
turam exiſtit.

† AV. οἷον τὸ ἀπὸ τῆς κολουμένης ὠχρᾶς. i. veluti color &c.
* In antiquis legitur διατεθέσι. i. cibatis.

Conuenit aũt his permutat ionem æqua virtute compenſare. Dormire ſiquidem eos oportet tanquam noctem à 23.
cœna, hyeme quidem citra frigus, æſtate vero citra calorẽ agant. Quòd ſi dormire nõ queant, plures lente ambulan-
do abſoluant circuitus, neq; ſtent. nihil cœnent, aut pauca & innocua. Minus præterea bibant: ſed meracius & nõ
dilutũ. {Magis præterea & is afficietur, qui ter die replebitur, ac etiam multo magis, qui crebrius. quanquã ſint nõ
nulli, qui ter die ſatiati facile ferant, vtpote qui ita ſunt conſueti.}

Hoc in loco referre hæc non erat neceſſe. Nempe docere propoſuerat, quonam pacto repentinæ conſuetudinum mutationes non lædant, nõ autem, quo tales læſiones modo curare oporteat. Verum, quoniam Hippocrati hoc tẽtare eſt viſum, propterea, quæ ſcripſit, perſequemur. Maxime quidem his dormire ipſos plurimum iubet. &, ſi dormire nequeant, plures lentaambulatione abſoluant circuitus. idq;, vt quamplurimi expoſitorum aiunt, poſt cœnam: ſed, vt eorum, quæ di- G
cuntur, ſenſus præcipit, poſt prandium. Nam oratio hæc/tanquam noctem agant/de ſomno meridiano non de nocturno dici expoſtulat. Præterea, cp continuata eſt ſcriptum ſerie, vbi inquit/Si vero dormire non queant, plures lente ambu lando abſoluant circuitus, neq; ſtent. nihil præterea cœnent vel pauca & innocua/teſtatur Hippocratem velle eos à prãdio dormire, nõ à cœna. Duorum igitur alterum: Nam aut emẽdanda, tãquam errati conſcia, ſcriptio, atq; ita ſcribendum, Dormire ſiquidem eos oportet poſt prandium, tanq; noctem agant, hyeme quidem citra frigus, eſtate vero citra calorem: Vel, ſi ſeruare volumus orationem hanc à cœna, intelligenda eſt hoc pacto dictio: Dormire ſiquidem eos oportet, vt à cœna ante dormiebant: ſic & nunc poſt prandium, tanq; noctem agant. Quòd autem velit Hippocrates eos vel nihil omnino vel parce vel leuiter cœnare, ſenſus eſt manifeſtus. Ventrem ſiquidem vult requieſcere, laboremq;, quo grauatus afficiebatur, refoueri, cp præter conſuetudinem pranſus homo fuerat. Hinc ſequens eſt & minus bibere, ſed nõ aquoſum, nõ dilutum. Nempe fluctuationem humiditatemq; & refrigerationem vitare oportet, vbi à ciborum multitudine venter grauatus fuerit. Potum autem, qui exhibetur, non aquoſum eſſe conuenit, ſed ventris tum calfactoriam, tum roboratoriam obtinere facultatem. Cætera, quæ
continuantur, liquida ſunt & manifeſta. H

Præterea, qui bis die cibũ ſumere conſueuerũt, ij, niſi præſi fuerint, imbecilli, & infirmi fiunt, timidiq; ad quoduis 24.
opus, & cardialgici. Nempe his viſcera pendere videntur, calidũ mingunt & viride, id eſt pallidũ, ſtercuſq; exu-
ritur. ſunt, quibus os amareſcit, oculi cauantur, & tempora ſaliunt, partesq; frigeſcunt extremæ.

Cætera quidem huius dictionis in eorum comparatione, quæ præter conſuetudinem pranſis contingere diximus, ſunt explanata: ſed de reliquis nunc dicam. ἄφοδον, id eſt ἀποπάτημα. i. ſtercus ipſorum ſiue aluí purgationem incendi exuriq; inquit, à calore ſcilicet aſſatam. Nempe corpus magis tum ſicceſcit tum igneſcit iis, qui conſuetum relinquunt prandium. Aliis os amaricare ait, vtpote iis, qui bilioſiorem habent naturam. hisq; cauí fiunt oculi ab eadem, qua excrementũ aduritur, cauſa ſicceſcentes. Quòd autem in amaræ bilis naturis vernaculus calor in id, quod igneum eſt, digrediatur, propterea & tempora ſaliunt, id eſt temporum arteriæ euidenter pulſant. Partes præterea corporis extremę frigidiores fiunt, quod venter biliioſis repleatur humoribus, quorum morſu atq; contriſtatione affectus virtutem diſſoluit, corporisq; extrema refrigerat.

Plurimi quoq; horum, qui pranſi non ſunt, cœnare nequeunt. qui, ſi cœnauerint, ventris grauitate afficiũtur: ac 25.
difficilius

A *difficilius cubant multo, quàm ſi pranſi fuiſſent.*

Picrocholi natura præter conſuetudinem impranſi permanentes, cibos auerſantur faſtidiũtq;, ventre ſcilicet male tum tractato tum afflicto. Verum, qui coacti cibum ſumpſerint, grauantur: atq; ob id δυσκοιτοῦσι, vt ipſe inquit, id eſt male habentes in lecto permanent & traducunt.

26. *Cum igitur talia ob dimidiatæ diei victus à conſuetudine digreſſionem ſanis cõtingant, neq; adijci quicquã neq;*
ſubtrahi commode videtur.

Rurſus inter exponendum, quæ contingunt valentibus ijs, qui ſubito conſuetudinem permutauerunt, ſermonis ſummam obiter atque veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia hæc exponit, quæ ſanis contingunt. Nempe, vt cõſtat, ſi bene valentibus victus dimidiatæ diei permutatio adeo moleſta ſit, quo modo non admodum languentibus ipſis moleſta erit? Deinde rurſus ad explanationem eorum, quæ ſanis contingunt, reuertitur in ſequenti dictione, quæ ita habet.

27. *Qui igitur præter conſuetudinem ſemel paſtus toto die eximanitis vaſis, quantum conſueuit, cœnauit, ſi tunc im-*
præſus laborauerit ægreq; habuerit, atq; aſſumpta cœna tũc grauatus fuerit, multo magis eum grauari par eſt. quòd
B *ſi adhuc pluſculis horis venæ eximanitæ fuerint, atq; repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur.*

Quod ait huiuſmodi eſt: Si, qui præter conſuetudinem impranſus permanens minus conſueto cœnauerit, nocte grauetur: multo magis grauabitur, qui ſolito plura eſt cœnatus. Qui autem pluſculo tempore eximanitis vaſis repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur. Nempe, qui impranſi præter conſuetudinem permanent, horum alij ad minus temporis inediam protendunt, alij ad longius interuallum. hos igitur grauari adhuc magis ait.

28. *Quibus igitur præter conſuetudinẽ venæ ſunt inanitæ, ij eodem die veniunt reficiendi. Vitent in primis frigus,*
calorẽ, & laborem. Nempe hæc omnia moleſte feruntur. Deinde cœnam ſolito minorem faciant, eamq; non ſiccam
ſed humentiorem. deinceps bibant, neque dilutum, neq; minus, quàm ingeſtorum ratio poſtulat. Poſtero autem die
pauca prandeant: vt acceſſione ſenſim creſcente, ad conſuetudinem redeant.

Vt eorum, qui præter conſuetudinem prandẽrũt, detrimenta emendauit, ſic & eos, qui, quòd ſemel duntaxat die præter conſuetudinem ederunt, afflicti ſunt, vult in primis vitare tum calorem, tum frigus, tum labores: hæc nempe omnia moleſte ferri ait. Adde, quòd & minus ſolito cœ-
C nare ipſos iubet: quanquam pleriq; maxime contra agant. Nam prandere ob negocium aliquod prohibitos volunt in cœna & eam, quæ in prandio omiſſa eſt, aſſumere alimoniam, haud ſcientes quòd eget quidem vere alimonia omiſſa corpus, ſed ipſam conficere non poſſit ventriculus ob longiorem abſtinentiam læſus afflictusq;. Quinetiam Hippocrates, vt alimoniæ minus vult exhiberi, ita & eam humidiorem. Nempe huiuſmodi alimonia exiccatis tum ventri tum corpori vniuerſo peculiare auxilium præſtat. Roborare præterea & ventrem ipſorum iubet vini potu, neq; dilutum, neq; minus, q̃ cibi proportio exigit, potandum præcipiens. Dilutum enim, ventris tonum ſeu robur exoluit: Minus verò, quàm cibi proportio expoſtulat, ventri arefacto inhabile exiſtit. Poſtero tandem die ita affectos victui proſpicere iubet. qui Hippocratis præcepto conſuetorum ciborum minus ingerere debeant: vt ἐκπροσαγωγῆς, id eſt ſenſim paulatimq; in priſtinã redeant conſuetudinem.

29. *Talia vero moleſtius ferunt, qui parte ſuperiore picrocholi exiſtunt.*

Iam & ego paulo ante dixi picrocholos, id eſt amaræ bilis homines, ſubitariam eam, quæ à victu ad abſtinentiam fit, digreſſionem pituitoſis difficilius moleſtius've ferre. Bileſcit ſiquidem
D ocyus his totus tum corporis tum ventris habitus. Sed quare non ſimpliciter dixit picrocholi, at parte ſuperiore? Nempe, cum flaua bilis, quam & pallidam & amaram nominant, ſuperiori ſupernatat ventri, iure optimo tales parte ſuperiore picrocholos aſſerimus. Paulo ſiquidem rhetori, qui toto corporis habitu pituitoſus erat, diebus ſingulis ſupernatabat flaua bilis, primamq; ipſam vomebat à lauacro non paucam. Eudemo autem philoſopho, qui temperamento biliioſus erat, per ſedem demittebatur: raroq; is (quanquam aliquando) pallidam vomebat bilem. Vt autem Pauli excrementa bilis exiguum habebãt, ita & Eudemi multum. Qui igitur præter conſuetudinem non prandent, ſi & toto corporis habitu, & ſuperiore ventre picrocholi fuerint, his neceſſario contingunt, quæ paulo ante dixit omnia. At, qui ventre duntaxat ſuperiore picrocholi exiſtunt, his tolerantię difficultas ſimiliter continget: ſed ex reliquis ſymptomatis alia quidem nullo pacto erunt, alia erunt quidem, ſed moderatiora. Prædixit quoq; & eos, qui præter conſuetudinem non prandent, timidos ad quamuis operationem eſſe, ſtomachi eroſionibus, hoc eſt cardialgijs, affici, penſilia videri ipſis viſcera, calidum & viride meiere, exuriq; excremẽta. Alijs os amaricare, oculos cauari, tempora palpitare, & extrema perfrigere. Sed horum alia toto habitu picrocholis contingunt magis, alia autem ſuperiore duntaxat ventre talibus. Atq; ob id ad quamuis operationem timiditas,

extremorum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

extremorum perfrictio,mictus calidus viridisq3,deiectionum adustio,cauatio oculorum,& tem E
porum saltus toto habitu picrocholis vsu eueniunt. Vtrisque autem pensilium viscerum opinio,
& oris amaritudo.Nam ob insuetam abstinentiam, tum suspensa tum pendula percipiunt visce-
ra. Verum ob bilis exuperantiam picrocholis toto corpore os amaricat:non q affectio in ore ma- * Al.amaritu di
gis fiat,sed q sentiendi partem eam natura generis humorum discretoriam fecit. Venter aut ma- nem.
gis quidem his exuritur,quibus ex hepate in ventrem bilis effusa supernatat, minus autem,qui-
bus deorsum mittitur.Nam his quidem intestinum proritat ad excretionem, illis vero stomachũ
mordet.Ob eam rem Eudemus diebus singulis,bis & interdum ter deijciebat. Paulus autem in-
terdum nullo pacto excernebat.Nisi etenim intestina â mordente aliquo irritentur, vel copioso
excremento grauentur,excretionis promptitudinem non accipiunt.Neutrum horum impransis
contingit,neq; enim mordentur intestina bile in os ascendente,atq3 illa non mordente contristan
teq3. Neq3 grauitas his fit,qui nullo pacto comederunt.

Non assuetam autem cibi abstinentiam facilius omnino ferunt,qui parte superiore pituitosi sunt. quo fit, vt, si 30.
semel die cibo vtantur,facilius etiam ferant.

Prius quidem parte superiore picrocholos vsum cibi, qui semel die sit, difficilius tolerare di- F
xit.Nunc autem ad pituitosos se transferens,pro cibi vsu qui semel die sit, inediæ meminit, ex ha
bente manifestius detrimentum,ad minus noxium translationem ex proportione faciens.Nam,
si magis quidem lædi eos,qui sine cibo totum præter consuetum permanserunt diem,equũ sit,mi
nus autem,qui non prandent,& pituitosi picrocholis cibi vsum,qui semel die sit,facilius ferãt: q
sanè & inediam facilius ferant,palàm est omnibus. Causa autẽ, cur pituitosi facilius cibi vsum,q
semel die sit,ferant,ex ijs,quæ antea de billiosis dicta sunt, euadit conspicua. Nam bilis humor in
ipsis inedijs amarior redditur.Pituita vero temporis processu coqtur, sanguisq3 efficitur, neutra
bile in sanguinis substantiam redire valente. cum ex sanguine quidem plus calfacto flaua bilis ge
neretur,ex eodem vero assato adustoq3 atq3 etiam ex crasso atra.Pituitæ autem generatio in pitui
tosis edulijs sanguinem perpetuo antecedit:atq3 generatione ipsius media cibi in sanguinem trã-
seunt. Neque hoc deterioribus tantum cibis contingit,verum & quibusdam eorum,qui salubres
admodum esse videntur:vt pani,chondro,semidali.Ego sanè eam,quæ mihi optima esse videtur,
enarraui conscriptionem.Nempe, quod in ea docetur, per se verum est:atq3 cõtinuatam cum ijs,
quæ ante dicta sunt,habet seriem.qui optimæ explanationis sunt scopi.Non tamen in exemplari
bus omnibus consimilem inuenies descriptionem,sed in alijs & alijs pugnantem.Cæterum aliter G
in libris ferè omnibus reperitur dictio hæc falso sermone, & nullam, quæ antedictis continuetur,
seriem seruare.

Potissimum sanè & hoc argumentum,quòd maximæ mutationes eorum,quæ circa naturam nostram habitũq; 31.
contingunt,maxime morbos committunt.

Multa quidem apud Hippocratem φύσεως,id est naturę,nomen indicat,sed hoc in loco tempe-
raturam significari quispiam existimauerit, veluti & partium ipsarum structuram compositio-
nẽq3, ἕξιν, id est habitum, appellari.quo in structuræ genere continetur & bilis ad partes superio
res fluctuatio,& ad inferna deiectio,et viscerum tum suspensio,tum constantia stabilitasq3.Nem
pe,cum venter magnus existit,viscera confirmat & stabilit,tametsi cibis vacuus destitutusq3 fue-
rit.Verum, cum paruus est,cibis quidem refertus cõfirmat: vacuatus vero subsidentia relinquit.
Hinc fit,vt suspensa sentiant viscera.Quibus autem bilis flaua sursum natat fluctuatq3,ante est di
ctum,meatu,qui bilem ipsam ex hepate ad id intestinum,quod Græci ἔκφυσιν vocant,quasi è vẽ
tre enatum dixeris,defert,structurã differentem habente.Nam interdum quibusdam portio ali
qua ab ipso ad vẽtrem procedit. his quidem supernatat bilioſum excrementũ:cæteris vero deor- H
sum omnino voluitur.

Non igitur intempestiue,neq; fortes vasorum inanitiones moliri:neq;,cum morbi vigent,feruoremq; habent,ci 32.
bum dare:neq; repente huc vel illuc in toto negocio quicquam mutare licet.

Dictio hæc præter ordinem scripta est,copulari siquidem debuit cum ea, quæ scripta est ante:
vt tota oratio talis foret: Talia vero molestius ferunt,qui parte superiore picrocholi existunt. At
non assuetam cibi abstinentiam facilius omnino ferũt, qui parte superiore sunt pituitosi. quo fit,
vt cibi vsum,qui semel die sit,facilius etiam ferant.Non igitur intempestiue, neq3 fortes vasorum
inanitiones moliri:neque,cum morbi vigent,feruoremq3 habent,cibum dare licet. Nam, postea
quàm sermonem,quo magnas victus mutationes ostendit sanos ipsos, non quo modo languen-
tes, lædere,cõpleuit absoluitq3:iure intulit, cuius gratia mentionem de his omnibus fecit, inquí-
ens, Non igitur intempestiue,neq3 fortes vasorum inanitiones moliri licet. Quãquam autem &
institutum etiam per relata sufficienter demonstrauerit:videtur tamen & ad alterum transire ser-
monem,qui hæc commonstret,ex abundãti testimonijs vsus.Principium igitur sequentis sermo
nis iure censetur dictio hæc, Potissimum sanè & hoc argumentum,q maxime mutationes eorũ,
quæ

A quæ circa naturam nostram habitumq3 contingunt, maxime morbos committunt. Cui quidem
dictioni continua fuerit,quę ita sequitur:Multa autem his germana,eorũ,quæ ventri contingũt,
atq3 alia quis dixerit.Dictionem sanè hanc sum explanaturus:sed nunc ad præsentem reuertar, q̃
hanc habet mentem.Non intempestiue neq3 vehementer fame necare, neq3 in morborũ consistẽ
tijs victum ex inedia ad cibi oblationem permutare licet,sicuti neq3 subito ad contrarium. Ex q-
bus sequitur talem instituendam victus rationem,qualem is præcepit.Summa autem horum est,
declinandas esse subitas repentinasq3 ad contraria permutationes.

33. *Multa autem his germana, eorũ,quæ ventri contingũt,atq; alia quispiam dixerit.Vt exempli gratia.Cibos,qui*
bus vti consueuerunt,facile ferunt,tametsi natura haudquaquam boni fuerint.similiter & potus.Cibos vero, qui-
bus vti non consueuerunt, etiam si mali non fuerint,molestè ferunt.Consimili modo & potus.

Quæ similia cõgruentiaq3 existunt,atq3,vt quispiam dixerit,genere iuncta cognataq3,consue-
uit vocare Hippocrates ἀδελφισμένα,id est germana:q eorum, quæ genere iunguntur,& familia-
rissimi & genere omnium iunctissimi sunt ἀδελφοί,i.germani. Nam propinquitates cæteræ his
posteriores sunt,vt patrum matrumq3 fratres sororesq3,& fratrum sororumq3 filij filiæq3, & quæ-
B cunq3 id genus sunt.Cætera dictionis clara sunt.Nam demonstrat Hippocrates sermonem eun-
dem,quem ab initio demonstrauit,cuius summa est.Consuetudo maxime potest,repentinaq3 ab
ea digressio corpora non parum offendit.

34. *Si ergo multa præter solitum carnis deuoratio,vel allia,vel silphion,vel ipsius succus,uel caulis,uel alia cõsimi-*
lia,quæ seorsum insignibus sunt prædita viribus,ventriculis quibus dã magis,q̃; alia, labores inferant,minus quis ad
mirabitur.At iure admiraberis,si didiceris,quãta maza turbationẽ,tumorem, flatum,torminaq; mazam deuora-
re non assueto pariat,si præter consuetudinẽ ingesta fuerit.uel qualem panis ipse calidus deuoratus sitim inferat,&
repentinam plenitudinẽ,quòd tũ exiccet,tũ tarde descendat.& q̃; Varia inter se pariãt purissimi confusaneiq; pa-
nes,si præter consuetudinẽ deuorentur,et mazæ similiter vel arida, vel humida,uel tenax.qualiter item & polẽtæ
afficiant,recẽtes quidẽ eos,qui recentibus uti non cõsueuerunt,& aliæ eos,qui recentibus ex consueto vtũtur. Ad
hæc quid faciant vini,et aquæ potationes præter consuetudinem in aliud subito trãslatæ:quid dilutũ item vinũ, me-
racumq; repente pota. Dilutum.n.cũ infirmitate humentem reddit ventrem superiorem, flatuosumq; inferiorem:
Meracum vero venarum palpitationem efficit,capitisq; grauitatem,& sitim infert.Præterea quid unum album
nigrumq; præter solitum mutata:quæ si ambo vinosa fuerint, ualde alterant corpus. Quare dulce uinosumq; minus
C *quis dixerit mirum esse non idem posse,ubi repentina fuerit mutatio.*

Sermonis totius sensum intelligentiãq3 vbi prius dixerimus,ad particulares,quæ in eo sunt,di
ctiones perueniemus.Orationis igitur totius sensus talis est. Victus mutationem in eos, qui in-
signi prædíti sunt virtute,tum cibos tum potus nemo,qui lædẽtem corpora viderit, admirabitur.
verum eam,quæ fit neq3 sine lesione in cibos potusq3 non insigni prædítos virtute, iure quis ad-
mirabitur.Talis quidẽ est sermonis totius intelligẽtia.Sed,vt particulatim dicã, orationis totius
principiũ mentionem eorũ facit ciborũ,qui fortem vehementemq3 habent facultatẽ, vt carnium
deuorationis,alliorũ,silphij,succi eiusdem,& caulis. Nempe silphium totũ fortẽ habet facultatẽ,
sigillatimq3 succus ipsius,& caulis.Verũ hæc quidem simpliciter dixit,sed cũ carnium deuoratio
nis meminit,adiecit hoc verbum,multa.Nempe multa carniũ deuoratio magnã habebit facultа-
tẽ,mediocris vero non magnã.Quę huic succedit dictio,ad eos accedit cibos,qui nõ magna con-
stant virtute,mazam videlicet, & panem vel calidum,vel frigidum,vel syncomiston,id est confu
saneũ.Quòd vero panem non purum syncomiston appellet,constat & ex eo,quę ad purũ est,op-
positione.Panem hunc homines huius temporis autopyron appellant, nõ discreto,s.furfuraceo,
sed vnà cum syncera puraq3 farina macerato consperso q3. Post hæc de polentarum differentia mẽ
D tionẽ fecit,recentesq3 vocauit πτισανίτας,Ionũ voce vsus & antiquorũ. Memorauit postea & vini
& aquæ potationes præter solitum mutatas: Meraciorẽ itẽ & dilutiorẽ potũ.Quibus adiecit dilu
tũ vinũ in ventre superiore πλάδον.i.humiditatẽ infirmitatemq3 facere, flatũq3 in inferiore. Me-
racũ vero palpitationẽ tẽporũ, capitis grauitatẽ & sitim,idq3 caliditate:dilutũ aũt contraria, tum
humiditate tum frigore.Mentionem quoq3 & de vinorum ipsorum differentia fecit,ex his omni
bus colligẽs, quod in vniuersum ab initio ipsi propositum institutumq3,oẽm.s.consuetudinis su
bitam permutationem non paruum corpori afferre detrimentum.

35. *Cæterũ partẽ hãc sermone cõtrario τιμωρητέον,id est iuuare oportet.Nẽpe his victus mutatio facta est,corpore*
neq; ad robur, ut cibos adjcere,neq; ad infirmitatẽ ,ut cibos diminuere oporteret, haudquaquã permutato.

Verbũ hoc τιμωρητέον opitulandũ siue iuuandum indicat.Neq3 autem opitulatio alia sermoni
huic fuerit præter patrocinĩũ, q vera loquitur. Nempe, cũ ex duobus sermonibus vnus ipsi pla-
cuerit,alter vero aduersetur,& ei quidem, qui placuit, hucusq3 est patrocinatus,nunc ad alterius
patrocinĩũ descendit. cuius sententia quis conuenire dixerit,vt languentes ab insigni victus mu
tatione iuuentur, quando & corporis affectio in contrarium his quidem,qui antea sani viuebãt,
nunc vero ægrotant,permutata sit. Sanè & in huius sermonis gratiam vniuersaliter antea est lo-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cutus his verbis, Transmutatio autem bene habet †{non modica}: sed ὀρθῶς.i.recte trãsferenda E †AV.si modica al. non modiũ
venit. Deinde, quid aduerbium hoc ὀρθῶς indicet, nõ paucis ostendit, sed ad summam subducens colligensq; dixit, Non igitur intẽpestiue neq; fortes vasorum inanitiones moliri, neq;, cum morbi vigent feruoremq; habent, cibum dare, neq; repente huc vel illuc in toto negocio, quicq̃ mutare licet. Quare & ambiguitatem soluere iam anticipat, quam nuper enunciauit sermoni consentiens. Adijcietq; impræsentiarum aliquid, cũ inquiet, Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; modum, & cætera, quæ his succedunt, quæ in sequenti dictione explanabo.

Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; modum, hominis item naturam, atq; ægrotantis in victu consuetudinem, non in cibis solum, verum quoq; & in potionibus. 36.

Conuenienti in acutis morbis victus institutioni, quam docuit, & roboris cõsiderationem, & morbi modum, præterea & hominis naturam, consuetudinemq; ipsius adijcere iubet Hippocrates. Nempe summa, quã astruit, est, Non permutandũ esse victus speciẽ prius, q̃ signa coctionis manifesta sint. Id aũt fiet, si, quot diebus ad vigorẽ morbus venturus sit, præcognoueris. Verum, cum victus, quem manifestabo, pro maioris minoris'ue ratione permutari possit, q̃ laborantes inter se differant virtutis tum robore tum infirmitate, naturali item temperamento, & morbi mo F
do, atq; antecedente cõsuetudine, si ad ea respexeris, poteris artificiose tum magis, tum minus in specie victus conijcere. -{Speciem victus intelligo}- li videlicet vel oxymelite, vel melicrato egrũ regere debeas, aut solã aquã bibendã aduersq; coctionis notas dare: aut ptissanã, aut ptissanæ solum cremorẽ: deinde si bis & semel die. In victu vẽro tum magis, tum minus per ea, quæ dixit, cõijcere oportet. Nam, si ægrum ptissanę cremore indigere cõperias, iam tibi constat, quãtum de eo sis propinaturus: cõsimili modo de oxymelite, melicrato, & aqua. Verũ, quẽadmodũ ad speciei victus inuentionẽ, operæpretiũ est, vt cognoscas, an robusta vel infirma sit laborãtis facultas, quot item diebus morbi coctio futura sit: sic & considerandũ, quantũ vel robusta vel imbecilla fuerit. Nempe in virtutis tum robore, tũ imbecillitate magis & minus valde discrepãt. Sic morbi quoq; discrimina differentiasq; conijcere oportet. Neq; n. satis est cognoscere, q̃ pleuritis, vel peripneumonia sit, sed &, qualisnam ea sit, cognoscere oportet in dolore, febre, & sputis. Nempe pleuritidũ, quæ cum dolore sunt, aliæ quidẽ magis, aliæ vero minus tales existunt. febremq; vehementẽ habent tum magis tum minus particulares pleuritides. Sed non parua quoque est in ijs, quæ expuuntur, differẽtia, vt in prognostico est dictũ. Cũ igitur particulatim in dictis differentijs variẽt ægri, fieri nequit, vt in Empiricorũ appellatis syndromis reperiatur disciplina. Neq; enim eorũ, G
qui in virtute comperiũtur, excessuum differentiæ scribi possunt, neq; febris vehementia, neq; sputorum quantitas, neque in particularibus coloribus, dissimilibusq; eductionibus magis minusq;. Verum cuiusq; rei virtute intellecta, oẽs inter se cõparare, summamq; vnam ex ipsis colligere oportet. Qua quidẽ in re tum meliores tum deteriores reperiũtur medici, quanq̃ eadem didicerint. Nempe, qui perspicaci magis pollent ratiocinio, ijs, qui hebetius habent, euadunt probatiores. laboris item amantiores segnioribus, exercitatioresq; minus exercitatis: atq;, qui memoriam tenaciorem habent, ijs, qui minus ea valent. Ex particularium igitur omniũ virtute colligere in vnam summam vniuersam victus formam singulorumq; ciborum quãtitatem commodius est. Nam imbecillitas sæpius quidẽ, sed paulatim cibandũ indicat. Fidemq; rei huic facit, q̃ ægris cibari suetus sit. Facultatis aũt robur cõtrarium indicat. Nam, si in homine semel cibari sueto videatur, semel ipsum cibare oportet: quod indicant ambæ coniecturæ. Sic & corpus bene difflabile ad cibationem stimulat. Quod ægre difflatur, ad contraria agit. Quod item tenues habet succos, id cibandum indicat. Quod his non constat, contrarium commonstrat. Atq; in singulis, quæ dicta sunt, magis minusq; proportionaliter sibi & auxiliorum vsum tum auget, tum remittit. Sed de huiusmodi, omnia in methodo medendi deinceps & ordine ita exarata sunt, vt tum citissime H
condiscere, tum facillime ad memoriam reuocare possis. fieri siquidẽ nequit, vt libro vno præsenti bene omnia scribat Hippocrates, atq; ordine doceat. præcipueq; cũ ipse primus horũ inuentionem sit molitus. Qui tñ hæc ab Hippocrate tum transuersim tum inordinate scripta didicerit, totamq; suam vitam in eã, quę ex operibus docetur, meditationẽ exercitationemq; deuouerit, is & lucem & ordinem doctrinæ adijcere poterit. Quòd si & pluribus libris fecerit, quanta futura sit claritatis eorum, quę docẽtur, exuperantia, liquido patet. † Nemo ergo vitio verterit, si hoc in loco cõfundatur Hippocrates scoporum multitudine affatim circumseptus. Nam si, q̃ particulatim horum vnumquodq; à nobis in methodo medendi demõstratum sit, intellexerit, atque ad illam trãslatus laboriose singula didicerit, ea sanè, quæ nunc inordinate dicuntur, liquido cognoscet: speculationemq; in ipsis artis operibus exercens, veritatem ipsius laudabit.

† Nemo ergo tristetur, si hinc confundatur, scoporũ multitudine &c.

Ciborum autem adiectioni intendendum multo minus: nam subtrahere omnino, sæpenumero expedit, cum æger sufficere possit, donec morbi vigor maturescat. 37.

Quoniam victus cuiusq; species ex ijs, quæ antea dixit, inuenitur: atq; inde, quæ in ante scripta dictione referuntur, conijcere operæpretium sit, vt in singulis victus formis quãtitas reperiatur, præsenti

A præsenti dictione/Ciborum aũt adiectioni intendendũ multo minus: nam prorsus subtrahere, sę penumero expedit/ cognoscens præsidiorũ singulorum quantitatẽ artificiosa egere coniectura: artificiose aũt conijcere viri esse, qui vires omnium, quæ in arte sunt, didicerit, memoriæ mandauerit, atque diligẽtia omni adhibita sese in operibus artis exercuerit, paucosq; tales existere: Iure optimo, q̃ præsenti, inquam, dictione referuntur, adscripsit, in quãtitate ipsa ad id, quod minus sit, procedendum esse magis, q̃ ad id, quod exuperat, vbi quis à iusto modo abscedit, admonens. Nempe, quod plus est, exuperatq;, noxas interdum inemendabiles facit: quod vero minus est, facile emendatur. Nempe, si virtus labascere videatur, cibi exiguũ ministrare possumus. Verum, si in ventrem absorptus fuerit cibus, quod redũdat superfluitq;, si aliàs, multo magis in acutis morbis tollere est difficile. Nam prorsus subtrahere, sæpenumero expedit, cum æger sufficere possit, donec morbi vigor ad maturitatem perducatur. Rursum prefatę dictionis partẽ hanc assumpsit, nos familiaris huius scopi admonens, qui tum hic, tum in Aphorismis habetur. Nempe, si eger ad morbi vsq; vigorem sine cibo sufficere posse videatur, in omni ciborum abstinentia eum, et potu solo moderaberis, cum tibi videbitur necessitas.

ἀνέλαβεν. sed forte ἀνέλαβον. i. assumpsi. vt sic vertatur. præfatæ dictionis partem hãc rursus assumpsi, vt q velim ad memoriã reuocare familiarẽ hunc sibi scopum & hic & ĩ aphorismis. & ita videtur legisse vetus ĩterpres.

B 38 *Quibus autem id faciendum sit, scribetur.*

Quòd prædixerit Hippocrates cõmonstrata vniuersali victus ratione in hoc libro se trãsiturũ ad cæteras omnes acutas ægritudines, liquido constat. Verũtamen ŏpus huiusmodi non reperit. Nempe, quæ in hoc libro à balneorum consideratione extant, siquis, veluti in typo, ab Hippocrate -{ad futuram memoriam scripta}-, in domo reperiens post viri mortem deprompsit: forsan rõne quidem hoc fecit, verũtamen vt liber, digna Hippocratis mente non sunt: sicuti neq; ea, quę de morbis & affectibus inscripta sunt, quanquã multa in his bene scripta sint. Sed super ea re in ijs, q̃ in ea scriptæ sunt expositiones, disceptabimus.

** σύγγραμμα. * scripta, qui sibi hęc ad remorationẽ prę parauerat.*

39 *Multa autem & alia ijs, quæ dicta sunt, germana quis scribere potest.*

Rursus ad eũ reuertit sermonẽ, quẽ multis certũ ratũq; fecit exẽplis, mutationẽ consuetudinis languentibus noxã afferre demõstrãs: sed, q̃m à sanis in eos transiit, ob id, quæ similia sunt & congruẽtia bene, γνήσια λεγόμενα. i. germana, dixit. Quod aũt postea dicturus est, sermonis huius testimoniũ existit, quãquã non simile, non congruens, nec germanũ, vt ipse appellauit, sed id quod perue stigat. Patebit aũt tibi mens Hippocratis in sequentis dictionis expositione.

C
40. *Hoc ãt ueriius efficaciusq; testimoniũ. Neq; n. rei, de qua plurimus factus est sermo, germanũ existit, sed res ipsa commodissimum est documentũ. Nempe quidam per morbi acuti exordia eodẽ, quo laborare cœperunt die, comederunt, alij postero die: alij quidiuis, alij cyceonẽ sorpserent. Sanè hæc omnia deterius quidẽ habent, q̃: si modo alio cibaretur quis: sed, quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus multo lædunt, q̃: si primis quidem diebus, vel duobus uel tribus vasa quis integre exinaniuerit, mox quarto uel quinto talia ministrauerit. Sed sanè deterius aget, qui omnibus his diebus vasa ante exininauerit, & sequentibus quibusdã diebus ita pauerit prius, q̃: morbus maturus reddatur. Nempe hoc pacto mortem plurimis liquido affert, nisi morbus omnino beneficus fuerit. Quæ uero in principio committuntur delicta, ea non similiter his, domantibus renituntur, sed facilius domari possunt.*

Ante ab ijs, quæ bene valentibus ex consuetudinis mutatione contingunt, ad languẽtes ipsos per similitudinem transiit. transiturus aũt & nunc, atq; ipsum, quod nũc instituitur, ferè ita habere est demonstraturus. Sed quidnam id fuit? sanè q̃ neq; à principio neq; primis diebus fame cruciatos ęgros, cum prope vigorem iam peruenerint, replere oportet. Tota aũt dictione vult ostendere grauiorem contingere ęgris offensam, cum prope vigorem erratum sit, q̃ si in morborũ principijs quippiam delinquatur. Inquit enim, Quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus lædunt, q̃ si
D primis diebus, duobus vel tribus vasa quis integre exinaniuerit, mox quarto vel quinto talia ministrauerit, atq; etiã ante, q̃ morbus (vt græco verbo inquit) πέπωρος reddatur. Quod πέπωρον appellet πεπεμμένον. i. quod ad maturitatem est perductum, palàm est omnibus. Morbos præterea εὐήθεις. i. beneficos dixit, non quidem maleficos morososq;, quos Græci κακοήθεις vocant: sed εὐτρεπτοτους. i. qui facile ad bonum vergunt. Scimus etenim veterum multos ita vti dictione, ita quoq; & Hippocratem, vt alibi est dictum.

41. *Hoc sanè maximum reor esse documẽtũ, quòd primis diebus quauis sorbitione nequaquam eos priuemus, quibus futurum est, ut paulopost sorbitionibus quibusuis uti debeant.*

Sermonem hoc in loco eum dixit, quem sæpius antea demonstrauit, nutrire scilicet sorbitionibus ab initio præcipiens eos, qui ad vigorẽ vsq; sufficere citra ptissanæ ingestionem nõ possunt. Nam eos prope vigorem nutrire compellemur, cum ad tenuiorem victus formam, etiam si antea plenius cibati fuerint, transeundum sit.

42. *πυθμενόθεν ergo, qui hordeacea utũtur ptissana, quòd ægri lædentur, ignorant, si duobus uel tribus diebus antea exinanitis uasis sorbere incipiant: neq; etiam, qui solo utuntur cremore, quòd sorbẽtes lædẽtur, intelligũt, cum sorbi-*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

tionem non recte inchoabunt. Sed tunc cauẽt, magnamq; intelligunt læsionem, si æger ante mutationẽ morbi ptiſ- E
ſanam hordeaceam ſorbeat, cremore vti ſuetus. Quæ omnia efficaciter demonſtrat medicos non recte ægrotãtes ad cibos inducere, quippe qui vaſa exinaniãt in his morbis, in quibus ſorbitionẽ exhibere oportet: Et cõtra, in quibus ex vaſorum inanitione ad ſorbitiones tranſeundum non ſit, in illis tranſeant.

Aduerbiũ hoc πυθμενόθεν, vel παντελῶς, id eſt omnino, vel ἐξ ἀρχῆς. i. ab initio, Hippocrati indicat. Nam medicos ignorare ait, quando primum vel ptiſſanam vel cremorem ægrotis dare oporteat, bene tamen ſcire, ſi ante morbi coctionem ptiſſanam hordeaceã dederint, ſe ægrum læſuros. Sequentem autem dictionis huius ſeriem, quæ eadem ex eiſdem ſæpius dictis oſtendit, de induſtria ob claritatem tranſgrediar.

Et plerunq; ἀκριβῶς, id eſt exquiſite. Interdum autem hoc tempore, interdum & alio ex vaſorum inanitione ad 43.
ſorbitiones tranſeunt, vbi ſæpius à ſorbitionibus ad vaſorum inanitionem tranſire expedit, ſi ita ex morbi acerbatione contigerit.

Hoc aduerbium ἀκριβῶς & apud auctores atticos, & apud Hippocratem pro ἀκριβισμένως καὶ ἀκριβῶς. i. exquiſite & abſolute. In quo ſignificatu & nunc eſt vſus Hippocrates, demonſtrare vo- F
lens medicos in illo maxime tempore permutare victus rationem ex abſtinentia cibi ad ſorbitiones, quo ad abſtinentiam accedere oportet. Atq; hinc manifeſtiſſime oſtẽdens, cum morbi vigor adeſt, tunc tenuiſſimo de neceſſitate victu eſſe vtendum.

Interdũ aũt & cruda tum à capite tum à thorace attrahuntur biliosa, vigiliæq; his accidunt, ob quas non coquitur 44.
morbus, pertristesq; & amari hi fiunt, deſipiunt, incerti & diſcurrentes lucis ſpẽdores oculis obyciuntur, aures implẽtur ſono, frigẽt extrema, vrinæ crudeſcũt, ſputa tenuia fiũt, ſalſa, colore syncero, & exigua, sudores circa collũ, anxietas inquietationesq;, & ſpiritus offendens in ea, quæ ſursum ſit, aeris latione frequens, vel valde magnus, ſupercilia quadantenus amplificantur, deliquia animi fiunt, veſtium à pectore reiectiones, manuum tremor, atq; interdũ labij inferioris concuſsio.

Vniuerſa hæc contingere his ait, qui perperam cibati ſunt à medicis. qui primis diebus exiccatos ægros die tertio, vel quarto vel quinto vel ſexto repente ad edulia non peracto morbi vigore permutauerunt. Quaſi peracto morbi vigore, conuenienter eos victum permutaſſe dicat. Quod igitur dicebat, Permutare quidem oportet ſanorum victum in morbis: neq; tamen temere id agẽdum, iam patere ex prædictis arbitror. Nempe, cũ vna quidẽ corporis conditio ſalubris ſit, altera G
quæ à morbi initio ad ſtatum vſq; extenditur, mox & tertia, quæ ad perfectam vſque morbi ſolutionem ſeſe prorogat, deinde & quarta, quæ totius conualeſcentię tempus aduſque ſanitatis habitum occupat: in nulla harum quatuor conditionum permutationes victus inſignes facere oportet, niſi prius in alteram conditionis ſpeciem peruẽtum ſit. Qui igitur ægros morborum exordijs in omni ciborum abſtinentia ſeruant, ſi ad vigorem vſq; talem victus ſpeciem ſeruare poſſint, nemo eos culpauerit. Quod ſi facere non poſſunt ob interlabentes ægrorum vires, q̃ perperam inedia vtantur προταριχεύσαντες. i. exiccantes ægros, palàm eſt omnibus. Hoc autem verbo abſtinentiæ importunitatem plus iuſto corpus exiccantem euidenter demonſtrat. vbi etenim, quo tempore prope vigorem tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti ſunt, quòd ægros abſtinentia immoderate exiccauerint, eſt manifeſtum, quod vocatur ταριχεύεσθαι. Ob id igitur modo cibandi huic ſuccedere ait ſymptomata multa, & praua: quæ omnia continuata recenſet ſerie à biliosis crudis exorſus. Nempe biliosa cruda ita appellauit, quoniam & excrementorum coctionem appellat, quanq̃ mutata nutrire non poſſunt, vt bilis vtraq;, & qui græce ἰχῶρες dicuntur. Veruntamen, quoniam & talia euincit natura, cocta quidem vocare conſueuit Hippocrates excrementa huiuſmodi, quæ à natura ipſa euicta ſunt: cruda vero, quę non ſunt euicta. Ob id & pus in phleg- H
monis, quę concoquuntur, fieri ait, quanq̃ pars nulla ex pure alimoniam accipiat, veluti accipit ex crudis appellatis humoribus & pituita, quæ reliquum perfectionis aſſecuta & prorſus cocta, corpus nutrire poſſunt. Sic igitur biliosorum humorum concoctio exiſtit, vt ſanguinis, qui in phlegmone eſt, in pus migrantis, intelligentibus nobis coctionis nomen in ſuo vniuerſaliore ſignificato. Eſt autem vniuerſalius, cũ natura cauſis fortior fuerit, permutauerit́q; eas pro ſuo robore. Quę igitur, veluti in corpore inanimato, putreſcunt, nihil ad permutationem cõferente innato calore, à cõcoctionis ratione degenerãt. hoc ſanè aliqñ cõtingit etiã aquoſis his humiditatibus, quæ per vrinas excernuntur: atq; ob id crudas vrinas cõcoqui dicimus, quanq̃ corpus ex coctis vrinis ali nõ poſſit. Generali præterea hoc concoctionis ſignificato vtimur, cũ vel catarrhum, vel coryzã, vel fluentes ex his humiditates (græce ichores) vel eas, q̃ ex oculis manant, aut crudas aut coctas eſſe dicimus. Ad hunc modum & bilẽ vel crudam, vel incoctã, vel coctã eſſe pronũcia mus. Cruda q̃dem flaua admodũ eſt & acris & male olens: cocta autẽ & pallidior & minimũ male olens. Bilem igitur crudam incoctamq; ait ad ventrẽ de neceſſitate confluere, quæ ob prauam victus rationẽ tum ex capite, tum ex thorace trahitur, idq; cum fame ægros necãt, nullo vtili ſolatium ventri præſtantes, atq; cum ex inedia ad validos cibos prope vigorẽ intempeſtiue tranſeũt.

Recenſet

A Recenſet deinceps & ſymptomata alia, quæ prauã ob victus rationem oriũtur. In primis quidem vigilias, quæ longã inediã, ciboſq; intẽpeſtiue exhibitos conſquuntur, quæ vtroq; nomine medicorum culpant victus rationẽ. Quòd autem vigilias morbi cruditas conſequatur, manifeſtũ ſanè exiſtit, ſi ſomnos concoctio ſequi debeat. Cęterũ pertriſtes, inquit, fiunt tum ob longam inediam, tum ob validũ repentinum alimentum, quo grauatur venter, grauatusq; lãguidos reddit & mœſtos. Adde, q̃ & amaros fieri ait, quippiam manifeſte præfato conſimile aſtruẽs. vt enim ſunt, qui ex melancholia tum languidi tum mœſti ſunt, ſic alij quidem ſæpius acriter excandeſcunt, tanq̃ collecta aceruataq; in ſtomacho bile. Vel ſanè, cum amaros fieri ait, eam, quæ in ipſorum ore ex tali bile fit, amaritudinem indicat. Deſipientię et acres excandeſcentias & bilem amaram vel in ſtomacho, vel in cerebro collectam, conſequi natæ ſunt. Incerti & diſcurrentes lucis ſplendores, qui μαρμάρυγες græce dicuntur, oculis fiunt propter eam, quæ à ventre eſt, exhalationem euaporationemq;, & propter ſanguinis, qui ad caput fertur, abundantiam. Atq; ex his prius quidem ex importuna interdum fit ciborum oblatione, alterum autẽ propter iudicatoriam ſanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Conſimiliter & aures ſonis implentur, tum propter eos, qui à ventre ſurſum feruntur vapores, tum propter flatuoſum ſpiritum, qui in capite ipſo oritur. Corporis
B extrema, quæ ſunt pedes & manus prompte perfrigere, male habente ventris ore haudquaquam nos præterit, vtpote cum vel propter longam inediam vehementer à mordẽtibus mordetur ichoribus, vel ob importunam cibi multitudinem grauatur. Patitur autem vtrunq; ex ea, quæ antedicta eſt, victus ratione, qua medici, ægros primis diebus vbi fame exiccauerint, tunc, cũ tenuiter cibandum ſit, ad frumentacea repente tranſeunt edulia. Ob eãdem rationem neq; eorum, qui ita cibantur, vrinæ concoquuntur. Nam in ea, quæ citra vel cremoris ptiſſanæ, vel melicrati, vel oxymelitis oblationem fit, exiccatione, ſanguis propterea, q̃ nõ purgetur, bileſcit, propterq; ſubitam ad eſculenta permutationem venter compatiente ipſi facultate vitali grauatur. Quo fit, vt ſtomachicę appellatæ ſyncopæ manifeſto nobis indicent facultatis vitalis ad os ventris condolentiam. Hoc ſiquidem tũ magis, tum primũ ex importunis tũ inedijs tum cibis affligit. Ob id igit ſputa & tenuia, & ſalſa, & parua, & ſynceris coloribus fieri ait, & ſudorẽ circa collũ duntaxat, & anxietatem inquietationemq;, & ſpirãdi difficultatẽ. Crudus ſiquidẽ manet morbus propter exceſſum vtrunq;, longam. ſ. inediã, & intẽpeſtiuam cibi oblationẽ. Cruditatẽ aũt ipſam conſequũtur ſputa cõmemorata, veluti & circa collũ ſudores, virtute & ob famis anginã langueſcente, & ob cibũ intempeſtiuũ grauata. Conſimili modo & anxietas inquietatioq; (quam græce ἀπορίαν dixit) cõmu-
C ne eſt vtriſq; ſymptoma, & ob longam inediam, quæ ventrem ichoribus replet, & propter cibũ intempeſtiuum grauantẽ. Verũ ſpirandi difficultas, qua ſpiritus offendit, ob cibum intẽpeſtiuũ magis, q̃ ob indigẽtiã, oritur. Nam ſpiritũ inter inſpirãndũ & offendere & quaſi ſiſti, tũ anguſtiæ, tũ
* Al. expirãdũ. conuulſionis eſt nota. Latio etenim, quæ ſurſum fit, expirationẽ facit. Tali aũt ſpiritui cõtrarium tum in ſecundo, tum in ſexto de morbis populariter vagantibus libro percurrit inquiẽs, Duplex
“ intro reuocatio veluti aſpirantibus. Quod aũt ob cibũ intẽpeſtiuum & nõ propter penuriã talis fiat ſpirandi difficultas, patet ex ſermone Hippocratis ſpiritũ frequentem vel magnũ valde perperam cibatis fieri aſſerentis. fit ſiquidẽ frequens magnusq; acto in anguſtiã ſepto tranſuerſo ab ea, quæ in ventre continẽ alimonia, cum videlicet neq; victa, neq; probe à ventre confecta inflationẽ parit. Nẽpe tunc ob ſepti tranſuerſi anguſtiam de neceſſitate minus aeris inſpiratur, quanq̃ thorax ſe ea, qua prius dilatabat, dilatatione dilatet. Ergo, quod nũc aeris deeſt priori, qui inſpiratur, id deficientẽ diminutumq; reſpirationis vſum facit, atq; ob eam rẽ animal maiorem reſpirationem facere cogitur, vel frequentiorẽ, vel vtranq;. Dictum aũt abunde de ſpirandi difficultatibus omnibus, in libris de ſpirandi difficultate. vbi tum harũ, tũ aliarum difficultatũ ſpirãdi cauſas vnà cum propriſs demonſtrationibus ſcripſimus. verũ, quantum ad preſens attinet, hęc ſufficiũt.
D Ait p̃terea & ex præpoſtero cibatu ſupercilia quadantenus amplificari. Verũ id bifariam ſcriptũ inuenitur. Nempe in quibuſdam exemplaribus ſingulari numero ad hunc modũ, ὀφρὺς δ' ἑωυτὸς μετέχουσα. i. ſupercilium quadantenus amplificatur. In cæteris vero pluraliter ὀφρύες δ' ἑωυτὸς μετέχουσαι. i. ſupercilia quadantenus amplificantur. Significatur autẽ ex ea dictione ſupercilia ipſa quodã modo euelli vel retrahi. Fitq; illud interdũ quidẽ ambobus conuulſiue intentis, aut altero ſolo: interdũ aũt & altero reſoluto. Deinceps ait deliquia animi fieri, ſermonẽ ad ſymptomata referens, per quæ & veſtiũ reiectiones fiunt ardentibus ægris. Interdum aũt & manus totæ tremulæ fiunt, plus aucto malo. Concuſſio aũt labri inferioris, morſum in ore ventris vehementem ſignificat. Quo fit, vt tale ſymptoma, vomitus acrium humorum etiam ſignum ſit.

45. *Hæc ſi ab initio apparuerint, delirium graue vehemensq; indicant, atq; magna ex parte ægri moriuntur.*

Dicta, inquit, ſymptomata ſi circa morborũ initia fiãt, delirium vehemens denunciant. Morbi initiũ nunc intelligere oportet totũ illud tp̃s, in quo nondũ exiſtunt concoctionis notæ. Nempe & in libris de iudicationibus dictum eſt nomen principij & plura ſignificare, & ſignificatũ, quod nunc dictum eſt, ſecundum eam eſſe diuiſionem, qua morborum tempora diuidentes morbos dipſos conſtare ex principio, augmento, vigore, & declinatione aſſerimus. Ergo, cum nuper di-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cta ſymptomata, vbi prope morbi vigorem apparēt, iudicationem futuram cōſtantibus in morbis ſignificent: ſanè, ſi in principio fiant, iudicationem quidē non denunciant, (nihil enim in principio iudicari poteſt) ſed delirij notæ exiſtunt. Scriptum autem & de his abunde in libris de iudicationibus, ex quibus totum, qui de his eſt, ſermonem perdiſces, cum illic plenior ſit, quàm vt nūc omnino percurrere oporteat. Sed ſanè, vt in cæteris, ita in his ſummatim perſtringere ſatis erit. Ergo, quoties natura ad excretionem properat, effatu digna in corpore fit permutatio, ob quam ſymptomata huiuſmodi cum manifeſtiſſimis coctionis ſignis apparēt. Verum, cum perturbatio efficitur ſimilis, nullo à natura ad infeſtantium excretionem facto apparatu, tunc periculoſiſſimū eſt ſignum. Dictum iam et cęteris in commentarijs de κρισίμοις. i. iudicatorijs ſymptomatis, qualia ſint, & quænam ipſorum natura, & quonam pacto ab his differant, quæ ἐπιφαινόμενα. i. ſuperapparentia, vocantur, quo in genere erunt & ipſa coctionis ſigna. Nempe & prognoſticum, & librum de humoribus, & aphoriſmos iam ante hunc librum expoſuimus. Sanè ſemper de his eadem dicere ad eum ſpectat, qui prolixioribus vti conſueuit ſermonibus.

B † περιεχικόσι.

Qui autem euadunt, hi vel cum abſceſſu, vel ſanguinis è naribus fluxione, vel puris craſſi expuitione euadunt neq; aliter. 46.

F

Cum mori ipſos dixit, non ſimpliciter dixit, ſed magna ex parte aſcripſit. quapropter, quonam pacto quidam ex ipſis ſeruentur, dicere ſequens erat. quos nunc percurrit, atq; quoſdam ex ipſis ſeruari ait, aut per ſanguinis eruptionē, aut per abſceſſum, aut puris abunde cocti expuitionem, ſimul ex ijs, quę retulit, ęgros in huiuſmodi ſymptomata incurrere, ꝓpter multitudinē ſignificās.

Neq; ſanè horum ita peritos video medicos, qui, vt oportet, dignoſcant eas, quæ in morbis contingunt, virtū imbecillitates, & quæ ob vaſorum inanitionem, quam κενεαγγείην dicunt, & quæ ob aliam quampiam irritationem, & quæ ob πόνον. i. laborem, & quæ ob morbi acumen fiant. Quas item natura noſtra habitusq; ſingulis affectuum ſpecies omnigenas fabrefaciat. quamuis cognitæ ſalutem, & mortem ignoratæ ferant. 47.

Quoniam de ægri robore imbecillitateq; ſermonem fecit, qui victus ſcopi ſunt non contemnendi, ob id nunc ſermonem de imbecillitate repetit, quibus hæc fiat modis, medicos cognoſcere debere aſſerens. Nempe, ꝙ quædam fiat ob vaſorum inanitionem. hoc. n. vocabulum κενεαγγίαι id proprie & primum ſignificat, atq; ob id ἀσιτίαι. i. ciborum abſtinentia, κενεαγγίαι. i. vaſorum inanitio, ſæpius dicitur, tanquam nomine generis etiam in ſpecie homines omnes vti conſueuerint. Alia autem ob πόνον. i. laborem ſeu proprie dictum, vt dolori idem ſit, ſeu, vt quiſpiam dixerit, malam affectionem, qua in acutis morbis ægri male afficiuntur. Aliam præterea virium imbecillitatem ob aliam quandam fieri ait irritationem. Nam, ſi morſum dixit vel ventris, vel inteſtinorum, ſymptoma hoc ſub dolorum nomine intellexiſſe eſt viſus. Verum, ſi vel vigilias vel oris ventris affectionem dixit, non proprie interpretari viſus eſt. Cæterū virtus exoluí videtur, & ob euacuationem, quæ fit vel ſanguinis eruptione, vel vomitu, vel deiectionibus, vel ſudoribus, & ob lōgiorem, q̄ par ſit, inediam, & propter tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum aſſiduas purgandi ventris ſuſcitationes, atq; etiam cum os ventris ita affligatur, vt ſyncope inſultet, idq; vel propter grauātis alimoniæ multitudinē, vel cōtriſtantē quandā ipſius qualitatē. Nempe hæc virtutem celerrime tū fatigant, tū diſſoluunt. Oēs igitur hæ vīriū offenſę ex manifeſtis qdem fiunt cauſis: ſed aliæ ex non manifeſtis: vt quando abſcq; manifeſta vacuatione, vel vigiliis, vel inedia, vel oris vētris ſenſu ægri ad talem ſubtrahuntur corporis affectionem, quam in prognoſtico ſcripſit Hippocrates, inquiens, Naris acuta, oculi concaui, collapſa tempora, & quæ deinceps ſunt. Nam hæc corporis conditio fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quandam, quæ multa ſit, & ob inediā: fit quoq; & abſq; his, cum ſcilicet corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nā euapo rantur, qui ita extenuantur, per inſenſibilem euacuationem. Cæteris aūt & ob intemperaturam principis vnius partis affectæ imbecilla redditur facultas. Primum ſiquidem affecta prima laborat, deinde affectuum participatione & reliquæ duæ. Didiciſti. n. vnam eſſe in neruis facultatem, quæ principium habet cerebrum: alteram in arterijs, cuius principium eſt cor: tertiam vero in venis, quæ ex hepate oritur. Ergo partis vnius, quæuis illa fuerit, intemperatura propriam interdū facultatem violauit, cui affectus participatione conſenſerunt reliquæ duæ facultates. Velociſſimæ igitur fiunt corde patiente mortes: Deinde, affecto cerebro: Tardiſſimæ ab hepate prodeūt. Vt. n. partes hæ intemperie affectę maximam facultatis vnaquæque ſuæ offenſam incurrunt, ſic partes aliæ principio vnicuique propius appoſitæ, ſi forti intemperatura affligantur, virtutum principia ad ſympathiam agunt. Sunt etiam alię, quę quamuis propius appoſitæ non ſint, ob generalem tamen communitatem, vel quandam affectionis proprietatem partes virtutum principia continentes lædunt. Os igitur ventris, cum vitalem facultatem ad ſympathiam agit, ſyncopas infert: cum vero proprie animalem appellatam, deſipientias vel conuulſiones. Vterus interdum & apnœas (quas nō ſpirationes propē dixeris) interdum & neruorum cōtenſiones. Verum ſingula hæc cōpleta ab omnibus cognoſcuntur: cum vero fiunt, & ſenſim increſcunt, medicos pleroſq; latent. Quæ ſanè non, quando ob magnitudinē auxilio iam carent, tūc cognoſcere oportet, quod

*Generis. quid autē ſit cōitas generis, vide lib. 3. Epi. ſect. pri. cō. 4. pag. 130. c.

A quod vulgo contingit, ſed & cum incipiunt, & fiunt. hoc ſiquidem optimū eſt. Quòd ſi fieri non poteſt, ſaltem omnino, cum increſcunt, dignoſcere eſt neceſſe. Sanè hæc omnia Hippocrates ſignificaſſe mihi videtur, cum inquit, Quas item natura noſtra habitusq; ſingulis affectionum ſpecies omnigenas fabreſaciat. vbi naturā, tēperaturā dixit: & habitū, ſtruem corporis cōpoſitionemq;. Nam, qui raram ex natura habent texturam, tum euaporantur, tum ſyncopam facile incurrunt. Qui vero denſiore conſtant textura, hi in morbis cunctantur, diutiusq; trahunt. Sic autem & partes non nulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias ſicciores, & alias humidiores: ſed omnibus peculiare temperamento malum.

48. *Maius ſiquidem malū eſt, ſi ob laborem morbiq; acumen imbecillitato porrexerit quis potum vel ſorbitionem copioſiorem, vel eſculentum, imbecillitatē eam ex vaſorū inanitione contigiſſe arbitratus. Neq; sanè calumniā effugere pōt, qui imbecillitatum ex uaſorum inanitione non cognoſcit, premitq; victu. Periculum ſiquidem aliquod adfert erratum hoc: ſed longe minus, q̄; alterum, atq; riſu dignum magis. Nam, ſi medicus alius vel plebeius ægrum eruiſerit, cognouerit q; ea, quæ contigerunt, dederitq; tum edendum tum bibendum, quod alter vetuerit, is præſidiū attuliſſe exiſtimabitur. Talia autem maxime ab his vituperantur hominibus, qui res ad nigrum vertunt. Nempe, qui ægrum interuiſit uel medicus uel plebeius, hunc à mortuis ſuſcitaſſe ipſis videtur.*

B Ob dolores ſæpius ægri ſine pulſu reddunt, animiq; deliquia incurrūt, & nullo pacto queunt moueri, ſimiliter & ob morbi acumen. Sunt aūt, q̄bus non ob hęc virtus offendit, ſed ob vaſorum quomodolibet factam euacuationē. Siue igit ob euacuationē ſenſui manifeſtā, ſiue ob eā, q̄ p halitū fit, diſcuſſionē, ſiue ob inediā virtus labefactata fuerit: q ita affecti ſunt, cibari quācelerrime expoſtulant. Contra aūt, qui ob dolorem, vel morbi acumen parū valentē habēt facultatem, vacuatione interdum magis, q̄ repletione, indigent. Immo, qui cibum his exhibet, maximū affert detrimentum. Verum, qui ex vaſorum inanitione imbecilles ſunt, hos ſiquis diæta tenui preſſerit, lædet, quanq; non æque euidenter vel celeriter. Ignorare autem, ſi æger ſit imbecillus ob vacuationē magis, q̄ ob dolorem, probro vertitur. Cætera dictionis manifeſta ſunt.

49. *Scribemus autem & horum notas, quibus ſingula dignoſci poſſint.*

Rurſus & hic pollicetur Hippocrates, ſicuti paulo ante, ſe librum alium quendam de morbis acutis ſcripturum.

50. C *Similia porrò ijs, quæ uentriculo contingunt, hæc exiſtunt. Nā, ſi corpus totum præter conſuetudinem ualde quieuerit, non confeſtim robuſtiū magis euadit. quòd ſi diutius ociatū ad labores ſeſe repēte uerterit, uile profecto quippiā euidenter operabitur. Ita de cæteris corporis partibus eſt exiſtimādū. Nempe & pes, & cætera, quæ articulis prædita ſunt partes, laborare non cōſueta, tale quippiam patiuntur. ſi poſt longum tempus ad laborem ſubito ſe vertant. Hæc patientur oculi & dentes, & quicquid huiuſmodi eſt: præterea & cubile præter conſuetudinem & molle & durum, laborem facit. Quod item ſub diuo eſt, præter ſolitum corpus indurat.*

Rurſus ad iſtitutū redijt Hippocrates abſoluto de virtutis ibecillitate ſermone, quē p digreſſionē à priſtino mutauerat inſtituto: aitq;, q̄ nūc dicūtur, ſimilia quodā modo eſſe ijs, q̄ ventri cōtingere dicta ſunt. Nēpe ſcopum dirigit ad ſummā eā, in qua mutationes ſubitas magnā languentibus afferre læſionē aſtruit. Quod aūt hoc in loco ſcribit, huiuſmodi eſt. Vt vēter diutius oīno ociatus functionem perficere probe nō poteſt, niſi prius ſenſim rurſum aſſueſcat, & ſuas exerceat operationes: ſic corpus vniuerſum ſingulæq; aliæ partes. Deinde & partes aliquas ſerie cōtinuata nominatim cōmemorat, atq; tandē in fine ſermonis, eius, quæ in cubili fit, mutationis mētionē fecit, aſtruens ſanè et nūc, quod ab initio de cōſuetudinis mutatione eſt ab eo ꝓpositū.

51. D *Sed horū omniū exempla quædam perſtringere ſatis fuerit. Nam, ſiquis vlcus neq; admodum inſigne, neq; ualde uile in tibia acceperit, fueritq; homo, cui neq; admodū difficulter neq; ualde prompte vlcera ſanentur, et prima protinus die ita iacens curetur, ut nequaq̄; crus tollat: hoc ſanè pacto ſine inflāmatione manebit, citiusq; ſanitati reſtituetur, q̄; ſi delinquēns curetur. Quòd ſi vel quinto vel ſexto vel ſuperiore adhuc die ſurrexerit, atq; ambulare voluerit, magis laborabit, quàm ſi ſtatim ab initio errans curatus fuiſſet. Porrò ſi & multum & repente ſe fatigauerit, multo magis laborabit, quàm ſi ita curatus in diebus huiuſmodi ſeſe fatigauerit.*

* Alij vertūt ob errās, obambulans.

De repentina adhuc mutatione, vt antea in exemplis alijs, ita & nunc in vlcere ſermonem facit Hippocrates. Nam, ſi quiſpiam (inquit) vlcus in tibia habens, qui & quieſcere & iacere indigeat, quiete ambulet (hoc enim ſignificat πλανώμενος ὑπερνόιτο, id eſt pēccans curetur) lædetur quidem prorſus: ſed minus, quàm qui primis diebus quieuerit, deinde ſubito circa quintum vel ſextum, vel diem etiam ἀνωτέρω, id eſt ſuperiorem, tertium videlicet, vel quartum ambulare cœperit. Sunt, qui vocabulum hoc ἀνωτέρω de ſequentibus dici diebus exiſtiment, ſeptimo ſcilicet, octauo & nono: quod ſi ipſis placebat, eos principium dictionis per ε & ξ, ἐξωτέρω, & non ἀνωτέρω ꝑ α & ν ſcribere oportebat. Quare aūt, inquiūt, tale fieri nō valet vlcus, vt ſcilicet nō parū lędat, qui ſeptima vel octaua ambulare cœperit, & antea quieuerit: & grauiter, dixerim, ſi vlcus magnum fuerit, vel laborans fuerit vnus ex his, quibus vlcus difficulter curatur: & magis, ſi ambo

* Errans, ambulans.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

cõcurrerint: Quòd ſi neq; vulcus magnum fuerit, neque laborans fuerit, cuí difficulter vlcera cu- E
rentur, curetur autem conuenienter (nam & hoc ſubaudire in ſermone oportet) iam circa ſeptimam aut octauam bene habebit, & ambulare citra læſionem poterit. Quam ob cauſam ſermoni adiecit, Vlcus neq; admodum ἐπίκαιρον, id eſt notabile inſigneq; neq; valde εὔηθες, id eſt vile, ſimplex ſcilicet εὔηθες vocans. Fueritq; item homo, cui non admodum difficulter vlcera ſanẽtur. Is ſiquidem, ſi nihil aliud circa curationem erratum ſit, ſolum quia mediocriter ambulet & incedere indigeat, lædetur quidem: ſed non ita grauiter, vt ſi primis diebus quieuerit, mox tertia vel quarta vel quinta vel ſexta obambulare cœperit. Qui vero magnum vlcus habuerit, & is ſit, cui difficulter vlcera ſanentur, non mediocriter, ſed grauiter lædetur ab initio obambulans: veluti & qui paruum vlcus habuerit, atque is ſit, cui facile admodum vlcera ſanentur, ſi primis diebus quieuerit, & quinta vel ſexta ambulare cœperit, nõ grauiter, ſed mediocriter offendetur. Ob eam igitur cauſam Hippocrates de eo, qui in vtraq; oppoſitione medium obtinet, ſermonem fecit. Oppoſitionem autem dicit tum eam, quæ in magno & paruo vlcere comperitur, tum eam, qua homo dicitur δυσελκὴς & εὐελκὴς. i. cui tum difficile, tum facile vlcera ſanantur. Quòd nihil referat dicere inſigne vlcus, vel magnũ, palàm eſt. Nempe ἐπίκαιρον. i. inſigne, propter loci naturam tale fit. Magnum vero virtute perficitur, etiã ſi ſectione corporis paruum ſit, vel ipſa ſectionis magnitudine F
inſigne fiat: εὔηθες vero. i. vile, quod ſimplex eſt & paruum vel propter loci naturam, quæ vilis & abiecta eſt, vel propter ſectionem ipſam paruam factam, dicitur.

Omnia igitur hæc inter ſe ſubitam omnem ſupra modum huc & illuc mutationem nocumentum inferre perpetuo teſtantur. 52.

In exemplis ſingulis preſentis ſermonis mentionem facit Hippocrates, quapropter & nunc in exemplo, quod de vlcere facit, idem eſt executus. Nempe διὰ τέλεος, id eſt perpetuo, idem ſignificat, quod διὰ παντὸς, & ἀεὶ, id eſt vbiq; & ſemper.

Multiplex itaq; in ventre eſt læſio. Nã, ſi ex multa vaſorum inanitione repente quid plus iuſto ingeratur, ſimiliter ſi reliquum corpus diutius ociatum ſubito ad laborem vehementem ſeſe verterit: multo magis lædetur, quàm ſi ex multo cibo ad vaſorum inanitionẽ tranferatur. Corpus re vera his ceſſare oportet, et ſi ex multa fatigatione ſubito ad ociũ ignauiamq; deſciuerit. Oportet aũt & illis ventrem à ciborum ceſſare multitudine: alioqui læſio in corpore fiet, corpusq; totum grauabitur. 53.

Quod primum omnium demõſtrare decreuerat, id de ſubitis in vẽtre mutationibus fuit. De- G
inde ab hoc ad generalius, quod & vniuerſalius dicunt, tranſiens, de repentina omni conſuetudinis mutatione hucuſq; percurrit. Nam, cum ſpecialiora in generalioribus, & particularia in vniuerſalibus contineantur, vẽtriſq; permutatio cum ſubita omniũ mutatione demonſtrata ſit, nũc rurſum ad vẽtrem reuerſus, mutationum, quæ in eo fiunt, differentias edocet. Aitq; lõge grauiorem in victus mutatione eẽ læſionem, cũ ex multa inedia repente plus modico ingeritur, q̃ ſi ex multo cibo ad inediam tranſmutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore deprehenditur. Nã minus læduntur, qui ex motione ad quietẽ ſubito tranſeunt, q̃ qui ex quiete ad motionem demigrant. Rurſum & hoc in loco permutationis intẽpeſtiuæ emendationes correctionesq; ſ, veluti & in præmiſſis, adſcripſit, quanq; id ad præſentem non videatur pertinere ſpeculationẽ. Quæ autẽ adſcripſit, hæc ſunt: Qui ex motu quidẽ actioneq; in ocium ſegniciemq; tranſeunt, eos ἐκλύειν, id eſt ceſſare & toto quieſcere corpore præcipit. quod idem huic ſententiæ exiſtit: Vbi fames, laborandum non eſt. Verum, qui ex multa fatigatione ad quietem tranſeũt, eos pauciora ingerere iubet, quod eſt & ventriculum quieſcere. Quoniam, qui toto corpore non laborans conſueta ingeret, is multitudinẽ ſubalet. Qua efficitur ratione, vt totũ corpus grauetur, laboretq;. πόνος autẽ. i. labor, nunc Hippocrati læſionem indicat, multis ſpecialibus læſionibus genus exiſtens. H

De mutatione, q̃ in hæc vel illa fit, plurima ſum locutus. quòd re vera hæc nouiſſe cõmodiſſimũ ſit, cũ ad omnia, tũ ad id, de quo nũc agitur. Nã & in morbis acutis ex vaſorũ inanitione ad ſorbitiones tranſitur. Tranſeundũ quidẽ præcipio ego: ſed ſorbitionibus haudquaq; vtẽdũ prius, q̃; morbus ad maturitatẽ perductus fuerit, aut ſignũ aliquod aliud apparuerit, vt in inteſtinis vacuatorium vel proritatorium, vel hypochondriis qualia ſcribentur ſigna. 54.

Rurſus ſermonem totum in ſummam vnam coegit Hippocrates. In habẽtibus quidem ſimiliter victum haudquaquam permutare præcipiens, verum in ijs, qui ex ſanitate ad morbum tranſeunt, permutare quidem, non tamen vt cæteri permutant. Deinde compendio quodam victus ſcopum in acutis morbis declarauit. Nam, ſi morbus maturuerit, tranſeundum ad cremoris ptiſſanæ exhibitionem præcepit: &, ſi adhuc crudus fuerit, non tranſeundum, niſi forſan ſympto ma aliquod, quod vires proſternat, apparuerit, vt vel vacuatio ventris immodica, vel aliud quippiam, quod proritet. Communi autem proritationis nomine comprehendit omnia, quæ quouis modo virtutem ad infirmitatem agunt. quo in numero cenſentur & morſus, quem acris humor ſiue in inteſtinis ſiue in ventriculo & præſertim ipſius ore parit, & vigilia, & ira, & mœror, & lumbrici helminthes, qui ab inteſtinis ad ventrem vſq; aſcendunt, & cutis totius aut mẽbri alicuius, qui

A ſus, qui nocte aggrediatur, prurítus: ita vt virtus nõ ſolum ob irritationem, verum quoq; & propter vigilias exoluatur. Præterea inquit, Vel in hypochondriis qualia ſcribentur ſigna. Nam & ipſa dandam vel non dandam commõſtrabunt alimoniam. Fieri ſiquidem poteſt, vt intelligatur vtrunq; ſed alterum magis pro ſermonum intelligentia. Nempe præcipiens à ptiſſana abſtinendum ante morbi maturationẽ, cum ſcilicet æger ſufficere poſſit, adiecit, Niſi ſignum aliquod apparuerit vel in inteſtinis vacuatoriũ aut proritatorium, vel in hypochõdriis qualia ſcribent: tanq; hæc cremoris exhibitionem ante morbi maturitatem admoneant. Forte hypochõdria dicit, quæ vehementer exaruerunt, & ſquallida admodum exiſtũt. Talia nempe contingunt & mortiferæ
" faciei, de qua in prognoſtico dixit, Naris acuta, oculi concaui, & collapſa tẽpora. Nempe is ſignorum cõcurſus hypochondriũ habet ita contractũ, vt quempiam ex inexercitatis fallat, tãquam reuulſum videat. Verum cõtrahi vehementer ob ſiccitatẽ, & propter phlegmonen reuelli, idem nõ
*Al. ſiquidem. ſunt, quãnquã exuperans corporis ſiccitas tenſionem ſepto tranſuerſo & hypochõdrio pariat maiorem. Sed maxime animaduertas diſtinguasq; à ſiccitate phlegmonẽ, ꝙ ſanatio nõ vna ſit, oportet. Nempe, qui hoc ipſum ob phlegmonen habent, tenuiſſimo egent victu: qui vero ob ſiccitatẽ, cõtrario, vbi ſæpiuſcule pauculũ exhibemus ptiſſanæ cremorem

B
55. *Fortis vigilia, potus cibosq; tum crudos tum incoctos reddit: verum ea, quæ in alia fit tranſmutatio, corpus diſſoluit, excoctionemq; & capitis grauitatem parit.*

Sæpius exiſtimaui librum hũc in typis repertum, poſt mortem Hippocratis eſſe publicatũ. Nõ ſecus etenim, quàm hoc pacto, facta eſſe videt inordinata ſermonum cõpoſitio. Nam q̃ ab Hippocrate inueniebantur exempla, hæc in libro ad fidem vniuerſalis ſcripta ſunt, alia quidem in facie, alia in tergo. Neq;. n. vnicuiq; tum adſcripto tum addito ſuum aſſignare ordinem potuit. Ergo, quod ab Hippocrate impræſentiarum dicitur, id manifeſte inordinatum exiſtit. Neque enim hoc in loco aſcribendæ rei huius occaſio fuit, ſed certe paulo ante, cum de ea, quæ præter conſuetudinem ad contrarium fit, mutatione exempla ſcripſit. Nempe illis adſcribi debuit. Quę etenim ad vigiliam inſueta fit mutatio, crudiores tum cibos tum potus efficit: Ad ſomnum vero multũ, eumq; ſtudio quodam accerſitum ſegnitiem corporis & capitis grauitatem. Quam enim dixit ἐφθότητα, id eſt excoctionem, & diſſolutionem, & capitis grauitatem, verbo vno coniunctam cõprehenſamq; manifeſtat roboris exolutionem. Commonſtrat autem & nomen ἐφθότητος, id eſt excoctionis, quæ ob calidam humiditatem fit, non ob ſiccitatem. Nempe vigilia per halitum di-
C gerere & ſiccare, non, quæ in imo ſunt, coquere nata eſt: ſomnus vero humectare, ſpiritumq; & effluuia cohibere. Non igitur abſque ratione in eorum, qui plurimum præter conſuetudinẽ dormiunt, corpore halituoſa redundant excrementa: atque ob eam rem tota ipſorum conſtitutio excoctis ſimiliter exoluta redditur.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Exponit vini, mulſæ, oxymelitis, aquæ, & balneorum facultatem.

D

DE VINO.

1. 

Vibus autem vinum dulce vinoſumq; & album & nigrũ, melicratumq; & aqua & oxymeli inſigniantur, in morbis acutis, diſtinguere oportet.

Non inordinate ſolum, verum quoque & diminute vinorum catalogum fecit. Eſt ſiquidem vna ipſorum differentia in colore, Alteram qualitas in guſtatu facit, Tertia conſiſtentiam reſpicit, Quartam odor progignit, Et quinta in virtute reperitur. Quæ ergo in colore eſt, ea in album, nigrum, fuluum, & flauum, & rubrum diuiditur. verum cum & aliæ, quæ medium obtineant, ſint differentiæ, ſanè vt in colore, ſic in virtute permiſtæ reperiuntur. Quæ autem ex vinorum guſtatu eſt differentia, ea in dulce & auſterum diuiditur: & ex his medium, tum quod nullam, quæ manifeſta ſit, habet qualitatem, tũ quod ex vtraq; conſtat qualitate: præterea & in id, quod acre appellitatur. Verum, quæ in conſiſtentia reperitur differentia, in aquoſum ſecatur & tenue, & in valde craſſum, & in horũ medium, atque in ea, quæ medium hoc & extrema interiacent. At ſm eam, quæ in odore eſt, alia quidem boni odoris ſunt, alia vero nõ boni odoris exiſtunt, ſed feriẽtẽ quãdã & inſuauem nacta

ſunt

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſunt qualitatem.alia nullo pacto odorem habent,ſed ſunt aquæ inſtar inodora. Differentia vero E
in facultate eſt,ob quam aliud quidem potens,aliud vero imbecillum, aliud medium, atq; aliud,
quod medium hoc & extrema interiacet. Vinum potens vehementer celeriterq; corpus calfacit,
caputq; ferit: Imbecillum contrario agit modo. Quæ vero medium obtinent,nota euadunt, ſi ab
extremis diſtinguantur. Potens vinoſum appellatur:imbecillum aquoſum. Nempe,in quo vinũ
aquam euincit,id cum in aliquo vehementiſſimum eſſe videbimus,iure vinoſum appellabimus:
Sicuti & contrarium, aquoſum, quod aquæ maxime in omnibus ſimile exiſtit tenuitate ſcilicet,
& colore,& odoris carentia,& non manifeſta calfactione. Hę igitur in vinis ſecundum propriam
naturam reperiuntur differentiæ. Sunt,q his adiſciant eam,quæ ex tempore deſumitur,differen-
tiam:qua,vetuſta quædam ſint admodum,alia recentia, & alia, quæ in medio horum conſiſtant.
Sed,q differentiæ huiuſmodi eorum ſint,quæ extrinſecus accidant,palàm eſt. Nempe, quatenus
tempore acriora & calidiora fiunt vina,atq; vnà cum his tum colorem,tum ſubſtãtiam, tum odo-
rem mutant:eatenus differentiam aliquam in vinis tempus facere videtur. Quòd ſi nihil horum
immutetur,neq; ab aliquo vinum vetus dicetur,neq; recens. Immo neq; nunc ita dicunt,tanquã
vini ipſius annis opus prima ratione habentes,ſed tanquam ſimul cum annis facultatem commõ
ſtrantes. Non enim ob tempus vina vel iuuant vel lædunt,ſed ex propriarum differentiarum mu F
tatione id habent. Ergo,cum de vinorum agimus differentijs,temporis mentionem facimus per
accidens,& non proprie,neq; primum. Cæterum inter proprias vinorum differẽtias quædam
iuuant læduntq; propria ratione,aliæ non per ſe proprieq;, ſed per accidens: Dulcedo quidem &
auſteritas propia ratione,ſic tum potentia,tum imbecillitas,tum tenuitas,tum craſſities: Sed diffe
rentiæ,quæ tum colore,tum odore deſumuntur,non primum, ſed per accidens: quoniam vinorũ
hæc quidem & aquoſa & alba & fulua & nigra,alia aquoſa & inodora vt aqua, vel inſtar aroma-
tis vnguentiq; beneolentia. Si igitur vinorum hæ ſint differẽtiæ,quæ & ſecundum propriam vir-
tutem & per accidens numerẽtur,iam tibi conſtat de eo tum ordinis tum numeri,qui in præſenti
dictiõe ſit, defectu. At, ſi in ſequentibus omnium,quæ commodæ ſunt,differẽtiarum meminiſſe
Hippocrates videtur,veniam eius inter exponendum defectui dabimus.

Vinũ dulce vinoſo minus caput grauat,minusq; mentem ferit,atque quouis alio facilius per inteſtina deſcẽdit: 2.
lienem tamẽ iecurq; tumefacit,picrocholisq; nullo pacto eſt idoneũ,nempe his ſitim facit,ſuperiusq; inteſtinum in-
flat:non tamen inferiori pro flatus ratione eſt inimicum,etſi non admodum penetret,qui à dulci vino eſt,flatus,ſed
diutius circa hypochondria moretur.

G

Vinum dulce ſecundum guſtandi qualitatem nominatur,qua & auſterũ & acre, vt aquoſum
prætermittamus,quod non omnino ab adſtringendo excidit.tametſi languidam penitus exolu-
tamq; habeat aſtringẽdi qualitatem. Nã,ſi ipſum aquæ cõparaueris, percipies manifeſte ex ea cõ-
paratione guſtũ huiuſmodi vinorum,eorum eſſe,quæ modicam nacta ſunt aſtringentiam. Aquo
ſum autem vinum appellant homines, quod aquæ tum colore tum ſubſtantia ſimile eſt. Perſpi-
cuum ſiquidem, vt aqua,ſplendidum & purum,& ſubſtantia tenue videtur. Protinus autem & fa
cultate aquæ ſimile exiſtit,neq; imbecillum caput feriens,neq; infirmos neruos, quando ne qui-
dem manifeſte calfacit. Sed de vino hoc rurſum tractabitur. Dulce igitur vinum hoc quidem mo-
do ab ea,quæ in guſtu reperitur,qualitate eſt nominatum, ſed multis numeris ab aqua & colore
& ſubſtantia receſſit. Neq; enim tenue exquiſite,neque album vidiſti aliquãdo vinum dulce:ſed
plus minus dictis recedit, & neutrum horum habet. Dulcia autem vina maxime ſunt theræum
& ſcybelites,craſſa vtraq; & nigra. Dulcia quoque & ea,quæ in Mæonia ſunt, therinum & caryi-
num tanto dictis & craſſitie & nigritie ſuperiora,quanto dulcedine inferiora. Pręterea,quod he-
pſema & ſiræon à Græcis,{& à Latinis ſapa}appellatum ex cocto muſto conficitur, quo dulcius
vino perficitur,eo & colore nigrius & ſubſtantia craſſius apparet. Quarto autem de ſimplicium H
medicamentorum viribus dulcem omnem ſaporem à caliditate, quæ non immoderata & vehe-
mens ſit,fieri demonſtrauimus,ſicuti & acrem in vehementer calfacientibus. Acrimonia ſiquí-
dem horum eſt inſeparabilis. In vſu vero vinum dulce mediocriter calfacere videtur, ſitimq; facit
propter tum caliditatem tum craſſitiem. Ita ſanè & muſtum, quo diutius in igne verſatur,eo tum
craſſius tum nigrius,tum dulcius euadit,quãquam ſupra modum coctum amaritudinem contra
hat,quo modo & mel ipſum,quod, quanquam omnium dulciſſimum ſit, longa tamen coctione
amarum redditur. Sed,vt iam retuli, de qualitatibus omnibus guſtabilibus in quarto de ſimpli-
cium medicamẽtorum viribus eſt tractatum,atq; hoc in loco, vt in alijs ſuper Hippocratis libros
expoſitionibus, non demonſtrationes,ſed concluſa tantummodo recenſeo. Cum igitur vinum
dulce viſcus calfaciat,ſitiq;, vt dictũ eſt,ſubſtantia craſſum,particulares ipſius facultates,quas epo
tum commonſtrat,ſecundas qualitates conſequũtur. Color ſiquidem ſua ratione nullo pacto vel
iuuare vel lædere poteſt. Ergo vinum huiuſmodi pro ſubſtantiæ craſſitie tarde meat. quapropter
tantum abeſt,vt ex obſtructis partibus aliquid adimat,vt etiam obſtructiones adaugeat. Atq; ob
id hepati affecto maximum affert detrimentum,præſertimq; vbi vel phlegmone, vel ſcirrhus ip-
ſum occupauerit. Sed moder atius lædit, vbi vel ab humorum craſſitie viſcus oppilatur,vel pro-

pter

A pter imbecillitatem afficitur,vti in affectionibus,quæ proprie hepaticę nuncupantur. Poſt hepar
lien à vinis craſſis lædi tur: Non tamen pulmo,cum bronchia craſſum habent humorem. Nempe
in hepate ex amplis portæ vaſis ad anguſta ſtrictaq; vaſorum tum gibbę tum ſimę proceditur ex-
trema:per quæ eorum omnium,quæ in corpus totum digeruntur,tranſmeatio fit. At in pulmone
contrario euenit modo. Nam per venas multas digeſtum cõfectumq; in amplam bronchiorũ,&
primo minorum irruit capacitatem:atq; ab his ad maiora excipitur,ſecum & craſſos tollẽs humo
res,quibus non calidius ſolum,verum quoq; & tenuius exiſtit. Scis autem pulmonem ipſum ab
humoribus craſſis viſcoſisq; per tuſſes expurgari. Nam,qui aquoſi ſunt,& exquiſite tenues, aerẽ
qui tuſſiendo extra mittitur,circumfluunt. Aer etenim tanquam manus quædam exiſtit,quę ſur
ſum craſſos humores ſecum ferat. Sed craſſitiem humorum talem eſſe oportet, vt ab aere ſurſum
ferri poſſit,& nõ, vt lutum, brõchijs illitam eſſe & infarctam. Ob id ſanè viſcoſos humores tuſſes
non expurgant. Nempe manẽt,& interna, viſci inſtar, occupant bronchia. Ergo,quæ ad eductio
nem eorum,qui in pulmone continentur,craſſorum humorum futura ſunt idonea medicamen-
ta,moderatam humiditatem habere debent. Quòd ſi viſcoſi humores fuerint: non humiditate
ſolum eſt opus,verum quoque & ea,quæ ab acidis fiat ſuccis, deterſione. Ob eam rem melicratũ
B quidem ad craſſorum humorum expuitionem eſt conuenientiſſimum,oxymeli vero ad viſcoſo-
rum: Poſt melicratum ptiſſana eſt,atque ab ea vinum dulce, ſi coctis iam tum perípneumonia,tũ
pleuritide propinetur,amplius non vexatis inflãmatione corporibus. Quòd ſi vinum huiuſmo-
di epotum ſitim faciat,ad expuitionem minus idoneum redditur. Verum,vt vno abſoluam ver-
bo,vinum dulce in acutis morbis ad expuitionem tum propter dictas operationes, tum propter
communem vinorum omnium rationem,qua vires roborãt,idoneum exiſtit, & maxime ijs,qui
quæuis humida,quæ tum in thorace,tum in pulmone continentur,expuunt. Didiciſti autem hu-
mida illa varia tum ſubſtantijs, tum qualitatibus,tum virtute eſſe in prognoſtico, vbi ſputorum
expoſuit differentias. Nullum ſanè bonum aliud,vinum huiuſmodi habet febrientibus propina-
tum: Minus tamen vinoſo,quod vehementer calfacit,lædere poterit. Commodũ præterea aliud
nihil habet præter antedicta,niſi q ventris permeationem modice iuuet. Ob id igitur Hippocra-
tes,vbi à minus lędentibus,quæ multa ſunt,doctrinę exordium fecit,ad iuuamenta ipſorum,quę
pauca ſunt,circa finem ſermonis tranſit. Percurramus igitur,quæ recenſet,dictionem ipſius per-
ſequentes. Vinum dulce minus,quàm fortia potentiaq;, mentem ferire ait,id eſt minus deliria
progignere. fortia ſiquidem vina vehementer calfacientia caput humoribus vaporibusq; & cali-
C ditate replent. Vina igitur dulcia, quo magis à vehementi caliditate abſunt,eo minus cum caput
grauant, tum mentem lædunt. Sed facilius per inteſtina deſcendere ait,& viſcera tumefacere,i.
viſcerum tumores augere. Sed de his dixi paulo ante. Præterea dulce vinum non idoneum eſſe
ait picrocholis,id eſt qui amaram bilem ſibi aceruant. Nempe medici χολὴν,id eſt bilem, ſimpli-
citer & pallidam & flauam dicere conſueuerunt, μέλαιναν vero χολὴν, id eſt nigram bilem hoc toto
appellare,& non χολὴν,id eſt bilem ſimpliciter. ſed hæc quidem acida eſt: amara autem,quæ flaua.
Ob eas res picrocholos appellat Hippocrates,qui redundantem habent huiuſmodi bilem. Per-
miſta autem aquoſis ichoribus & liquidiſſima & pallida videtur: Sola vero cum exiſtit, & craſſa
& flaua eſt. Quæ autem huiuſmodi bilem procreant,ſunt calida & ſicca temperamenta: ad cuius
generationem idonei ſunt & dulces omnes humores. Quo fit, vt omnium horum maxime mel
bileſcat,q dulciſſimum ſit: deinde & dulcia vina. Non ſolum autem, q caliditas multa tales hu-
mores amaros reddit,propterea dulce vinum febrientibus, & præſertim vbi calidi & ſicci tempe
ratura fuerint,idoneum non eſt: verum quoque et q craſſa ſint huiuſmodi vina,neque per vrinas
velociter deſcendant,neque cito diffluentur tranſpirentq;. Quo fit,vt biliioſos humores neque ſe-
cum agant,neq; excernant. Solis ergo his vnum ineſt bonum,q ventrem emolliant. quod ſi non
D fecerint,omni pacto nocent. Præterea & ſiticuloſa ſunt,hac re,q facile bileſcant, commonſtrãtia.
Flatuoſum quoq; vinum huiuſmodi eſſe aſſerit. Nempe incaleſcentes craſſi humores flatum ſibi
ſimilem generant,tum vaporoſum,tum craſſum. Quod autem tale eſt,inflationes parit. Quapro-
pter ex tenuibus vinis non prodit flatus, quanquam interdum quippiam generetur,quod & te-
nuium ſit partium & aeroſum,non nebuloſum vaporoſumq;. Cæterum dulce vinum inferiori-
bus inteſtinis non eſſe inimicum ait,quanquam tarde meet,qui ab ipſo eſt,flatus,moreturq; circa
hypochondrium. Ea autem occaſio eſt,ob quam non admodum turbet inferiora inteſtina,quia
circa hypochõdrium moretur,donec perfecte coctum & tenuatum fuerit. q ſi ſemel coctum fue-
rit,commeabiliorem tenuiorumq; partium habebit naturam. Qua igitur ratione à ſupernis ad in
fernas expellitur partes,eadem ab infernis extra mittitur.

3. *Vrinas ſiquidem hoc minus,quàm vinoſum album,omnino mouet.*

Quodnam vocauit vinoſum album,conſiderabimus. Nam antea vinoſum vinum tum eſſe,tũ
appellari diximus,quod iure optimo aquoſo opponitur. Valenter igitur ipſum & calfacere, &
caput replere,& delipientias procreare,& calorem febrilem augere eſt operępretium. Sed vinũ
huiuſmodi album non eſt,neq; cum nouum exiſtit,neq; cum vetus,quando ne quidem aliud qp-

piam

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

piam antiquorum vinorum manet album, etsi quãmaxime circa initia tale fuerit. Immo semper fuluius redditur,& tãdem flauum. Visus est ergo Hippocrates dixisse vinosum album, austerum quod neq; vrinas mouet:sed,si tale crassum fuerit,circa hypochõdriũ morat: si vero non crassum, neq; multum moratur, vt nigrum, neq; albis simul & mediocriter austeris similiter ad vrinas descendit.Nempe vina hæc vrinas cient,q; vtrãq; tarde per vrinas descendendi effugerũt proprietatem,tum eam,quæ aquæ est,quam ob frigiditatem nacta est,tum eam, quam vinum nigrum,propter crassitiem habet. Vinum siquidem album & austerum minime calidũ inter vina existit.atq; ob id ijs,quæ ad ventrem fiunt,destillationibus idoneum.Non tamen abunde ciet vrinas hoc vinum.At forsan Hippocrates vino huic nigrum comparans,minus ciere vrinas ipsum ait.

B

* Al. ὕδατος. ὄουος.i. aquæ vini.

Sputum autem alio efficacius educit,quod dulce est.

4.

Quodnam aliud dicit?vtrum'ne præsens, ad quod dulce comparans dixit,Vrinas siquidẽ hoc minus,quàm vinosum album,omnino mouet: An non hoc solum,sed simpliciter omne id, quod dulce non est?Cum ergo Hippocrates,quantum ad dictionem hanc attinet,obscurus sit,credibiliusq; sit ipsum nunc de vinoso albo sermonẽ intellig ere,rursum & alia oritur ambiguitas, quidnam sit vinosum album:q; non valde manifestum sit, vtrum'ne id, quod vehementer calfacit: an quod valde astringit,quod σφυφὸν.i.acerbũ,Græci appellitant, veluti quod moderatius, austerũ. Quonam igitur pacto habeat, quod in dictione est,ego impræsentiarum exponam.Sputũ maxime oium vinorum dulce educit,vbi non supra modũ crassum fuerit,veluti & quoties non vsque adeo ad fuluum secesserit,vt exoluta in eo sint tum crassities tum dulcedo. Prauum aũt febri auxilium est vinum fuluum,q; vehementer calidum sit.Verum post vinum dulce non admodũ crassum ad eorũ, quæ in pulmone sunt,eductionem conueniens est aquosum vinum, virtutem scilicet roborans,& humores tum humectans tum mãdefaciens mediocriter. Quod cæteris vinis oibus innocentius febrientibus exhibetur.

F

*In antiqs non nullis legitur τέμνον.i. incidens. et ita vetus interpres.

Et sanè,quibus propinatum sitim facit,his minus, quàm vinum aliud,educit . quibus vero sitim non facit, vino alio magis educit.

5.

Vinum aliud nunc dixit,quod omnino siticulosum non est. Quare autem vinum siticulosum minus sputa educat,facile intelliges, si, quæ antedicta sunt, ad memoriã reuocaueris. Nempe sitis his perseuerat,qui dulce vinum bibunt, q; febrilis calor in ipsis morosior maleficentiorq; existat. Qui si talis fuerit,sputum siccat,crassiusq; & viscosius reddit.Quòd autem sputum huiusmodi difficulter educatur,verbis non est opus.

G

Vinum autem album vinosum iam plurima maximaq; parte laudatũ quidem & culpatum in vini dulcis enarratione..Ad vesicam vero vino alio magis penetrat, vrinasq; prouocat , & perpetuo purgat,atq; multa ad opem his morbis ferendã facit. Nempe,etsi vino alio ad cætera inhabilius existat: veritamen,quæ in vesica ab eo fit purgatio, liberat,si propinetur , quale oportet. Bonæ hæ coniecturæ sunt de vino tum profectus,tum detrimenti. quas, qui me seniores sunt,non didicerunt.

6.

* καταρτικὸς.

De vino hoc in dulcis vini mentione diximus,postea quàm vires ipsorum comparauit,perquisiuitq;.dixi autem non paruam esse quęstionem,si album simul & austerum vinum,album vinosum dixit,vel quod vehementer inter vina alba calfacit. Nempe ex vinis albis nullum valeter calfacere potest.Quod enim summe calidum est,id cõtinuo & flauum existit,veluti & quod ab ipso est fuluum:mox ab his rubrum,& deinde dulce.Album autem minus quidem his omnibus calfacit:sed differentias particulares aliaq; omnia pro pluris minorisq; ratione habet interualla.Quòd autem vinum huiusmodi dulci facilius ad vesicam penetret,dictũ antea. Sed ad alia dulci inhabilius esse ait,quæ sunt ventris subductio & eductio sputorũ.Bonas autem has ait coniecturas esse, id est notas,facultatis vinorum.

H

Fuluo autem vino & nigro austero in morbis huiusmodi ad hæc vteris,si neq; grauitas capitis fuerit, neq; mentis concussio,neq; sputo via concludatur,neq; teneatur vrina:excrementa autem & humentiora & ramẽtosa magis fuerint.In his autem ex albo migrandum præcipue est:& ijs,quæ his similia existunt.

7.

Dulce quidem vinum continuo & nigrum existit: non tamen nigrum omne continuo & dulce.Nam ex his quædam austera sunt , qualia apud nos in Asia prope Pergamum in Perperine & Ægis . Quod autem in Cilicia est Albãtes,austerum simul & dulce existit,qualitatibus constans contrarijs.quo fit,vt prauum sit,quia neq; distribuatur,neque descendat,sed plus iusto in ventre permaneat superiore,atq; ipsum inflet.At,quod citra dulcedinem nigrum austerum est, id ventri vtile existit,quando vel plura iusto descendunt vel ramentosa . tunc enim est idoneum,sicuti & vinum album austerum,& quæcunq; alia astringentia . In eum vsum & fuluum vinum prodesse ait, non omnino simpliciter fuluum affirmans,sed fuluum austerum.Nã de vtrisq; te intelligere oportet,quod in principio dictionis existit , qua dicitur , Fuluo autem vino & nigro austeris,in morbis huiusmodi ad hæc vteris.Duplex siquidem fuluum,vt nigrum:aliud siquidem dulce,aliud

*

*Al. Sybates.

Ace,aliud austerum.Atq;,cum tertium præter vtrũq; existat ex vtriusq; qualitatis permistione constans,attamen, quod vna est præditum qualitate,id colore vtroque duplex existit. Caput autẽ & mentem fuluum magis ferit,q; & calidius nigro existat.Febres quoque ratione eadem auget. his enim idonea sola ea sunt,q̃ aquosa sunt. Non immerito igitur vinis austeris vtendum prohibuit, siue ea colore fulua,siue nigra fuerint,in capitis grauitatibus & mentis læsione, vbi nimirũ febris ipsam pcusserit.atq; amplius in thoracis pulmonisq; ægritudinibus, in quibus sputũ detinet, vina huiusmodi inhabilia esse ait,atq; cum vrinę supprimũtur, propter crassitiẽ videlicet & astringendi facultatem.

Quòd autem superiora quidem omnia vesicamq; minus offendet , si dilutius fuerit, intestina vero iuuabit magis,si meracius:neminem latere debet.

8.

Vinum meracius, vt dixit, intestinis magis conuenit.quo fit,vt non abs re iuuet ipsa astrictionis ratione,propter quam omnino iuuamentum habet . Verum huiusmodi astrictionem labefactat exoluitq;, si aqua temperatum fuerit, atq; ob eam rem minus intestina iuuat. Quo aũt modo hæc iuuat magis astringendi ratione, vbi meracius fuerit,sic thoracẽ caputq; magis offendit.hæc
B sunt sanè,q̃ manifestauit inquiens,Superiora quidem omnia lædit,lædit quoq; & corpora ea, quibus per vrinas expurgari est opus.Nempe austerum vinum,excretiones omnes cohibet. De vinis hæc locutus Hippocrates,continuo ad melicratum transit,cæteris quidem ferè omnibus de vino demonstratis,at prætermisso vno , quod nõ absoluit,& ego obiter percurram: q; scilicet febriẽ tibus maxime idoneum aquosum sit.Est autem vinum hoc album colore,substantia tenue, nullã earum,quæ cęteris vinis insunt,habens qualitatem,neq; austeritatem,neq; astringentiã,neq; dulcedinem,neq; acrimoniam,neq; odorem.Nempe vino huic omniũ soli,vt tum aquæ, tũ vini mala effugeret,est datum.Prodeunt autem talia in vnaquaque gente aliqua. In Italia imbecillũ Sabinũ,quod febrientibus administrant.In Asia Titacazenũ & Tibicẽnũ . Sed vini huius notas vbi intellexeris,talia facile in qualibet gẽte reperies , vbi & valde tenuia & aquosa producũtur vina.

* Tibinum.

*Al. Cyro.

Reperi equidem talia in Cilicia, Phœnicia,Palęstine,Scyrõ,& Creta,in quibus regionibus nõ facile gignũtur vina tenuia & aquosa.Immo, vt retuli, in regiõibus vidi oibus,& quod mirũ magis sit,in Ægypto. Crassa siq̃dẽ vina & odora & valde fortia in feruidis progignũtur regionibus: in Italia vero,& Bithynia,& Asia si multa producãt aquosa,nihil mirũ. Sed merito quæret q̃spiã, quam ob rem Hippocrates in antecedente dictione peculiarem de his vinis ptermisit sermonem,
C cũ febrientibus,quàm cætera omnia, sint minus noxia.Neque.n.est dicẽdũ,q; scilicet Hippocrates tale vinũ ignoraret. Nempe post paulo, cũ de melicrato agit,hæc scribit,Cæterũ vino albo tenui paucifero,& inodoro quodã modo fortius est,& quodam modo infirmius.Hæc ait Hippocrates,vino albo tenui & paucifero,id est parum aquæ ferenti & inodoro melicratum comparãs. Vini igitur vinosi notas tum conspicue tum exacte recensens percurrẽsq;,quonam scilicet pacto tũ caput tum mentem feriat,de aquoso ipsi contrario disciplinam sufficientem esse existimauit,cum contraria ipsi inesse ratiocinari posimus.

DE MELICRATO.

Melicratum.i.mulsa per totum morbum in acutis epota parte plurima tum picrocholis, tum his,quibus tumefacta sunt viscera (μεγαλοσπλάγχνους vocant)minus,quàm non huiusmodi,est idonea.

9.

Oratio hæc/Per totum morbum/ostendit Hippocratem de his intelligere morbis,in qbus cremorẽ exhibere idoneum non esse demonstrauit prius,q̃ ad morbi peruẽtũ sit vigorẽ.Nã,si eger acuta febre laboret,neque tũ in thorace tum in pulmone fuerit morbus,viresq; valuerint,& morbus
D quintũ vltra diem sese prorogaturus non sit,aqua mulsa sola epota abunde ægro sufficere potest. Cæteris quidem omnibus in morbis huiusmodi est conuenientissima:sed picrocholis minus propitia existit.Nã in ipsis bilescit,nisi prius vel intestina vel vesicam pertransierit.Quæ si pertransierit,non solum nihil lædit, verum quoque & maxime iuuat.Nam secũ bilìosa deducit excremẽta. hac sanè cum rõne temperaturam quoque ipsius demonstrauit. Nempe in huiusmodi naturis, dilutior exhibita mulsa cõfert.Neque enim hoc pacto siticulosa existit,neque bilem generat. Vt autem picrocholis, ita megalosplãchnis haudquaquam idoneam esse ait.Megalosplanchnos nũc dixit non eos,quibus magna ex natura ipsa sunt viscera,sed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt,siue scirrhum,siue phlegmonen,siue œdema nacta sunt. Mala siquidẽ in his,q; cito pertransire viscera ipsa non posit,& facile bilescat,p̃sertimq; in phlegmonis pp caloris magnitudinẽ: in cæteris aũt,qui præter naturam sunt,tumoribus,minus detrimenti affert.

Porrò & siticulosa minus,q̃; dulce vinũ,existit.Nempe & pulmonem mollit,et sputum mediocriter educit, & iusses mitigat.Habet etenim vim quãdã exterendi,quæ plus,quàm mediocriter uscosum, facit sputum .

10.

Quam ob causam aqua mulsa minus,q̃ vinum dulce, siticulosa sit, dixi antea, cũ vtraq;, quatenus dulcia sunt,eatenus facile bilescere demonstrarem. Verum,q; tenuior penetrantiorq;,vt oia subeãt

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ſubeat,exiſtit,ea ratione minus vino dulci eſt ſiticuloſa.Quo fit,vt, ſi aliquando pluſculo tempo- E
re in ventre manſerit,tunc vino dulci non minus ſiticuloſa reddatur. quod rarenter contingit.
Aqua vero mulſa,vino dulci citius ventrem inteſtinaq; omnia penetrat:nec ſecus hepar adulque
tum renes tum veſicam non rarenter quidem,ſed perpetuo. Ob hæc igitur vino dulci minus liti-
culoſa exiſtit.Hippocrates idem,quã̄q; non ita,ſed modo alio dixit,mulſæ virtutem ex ijs, quæ in
pulmone facit,demonſtrans.Nempe,ꝙ hęc non efficeret,niſi vias meatusq; ipſius penetraret ab-
ſtergeretq;,palam omnibus exiſtit.Præterea ſputum educere non ſimpliciter dixit,ſed hoc aduer
bium/mediocriter/adſcripſit. Necꝫ enim valẽter educit, vt oxymeli:ſed mitigat,quo oxymeli pri
uatur. Nempe oxymeli tuſſes incitat,tũ irritans tum aſperans,quatenus ſcilicet vehementer de-
tergit.Mulſa vero,& præſertim aquoſa diluta q;,deterſoria,quæ minima ſit, participat facultate.
Vocatur autem huiuſmodi facultas σμηκτική,à qua & nunc Hippocrates nomen fecit σμηματῶδες,de mulſa ita ſcribens,ἔχει γὰρ σμηματῶδές τι, id eſt habet etenim vim quandam exterendi de-
tergendiq;.Mediocri autem participare ipſam facultate huiuſmodi oſtendit adijciens vocabulo
huic σμηματῶδες,vocabulum hoc τι.Nempe,quibuſuis adijciatur,paucitatem indicat. Ergo exi
gua multę abſtergendi vis,non quia abſtergendi vis eſt,ob id impotẽs infirmaq;, ſed quia exigua
eſt.Ad glutinoſum ſiquidem ſputum,medicamentum vehementer abſtergere oportet, quod glu F
tinoſum eum,qui in bronchijs pulmonis cõtinetur, detergere poſſit humorem. Quòd ſi talis ſpiam in thoracis pulmonisq; medio aceruatus fuerit,iam & maior,vt probe ſputur, tum inciſo-
riæ tum deterſoriæ virtutis eſt neceſſitas,quæ id à ſuccingente coſtas membrana detergat, diſſe-
cet,& tenuet. Nam fieri non poteſt,vt talis humor aliter per membranam, quæ viſcus ambit, ad
pulmonis bronchia transferatur.Non igitur bene eſt vſus dictione Hippocrates,cum huic oratio
ni/Habet enim vim quandam exterendi/eam,quę ſequitur.adiecit:Quę plus,quàm mediocriter,
καταγλισχραίνει,id eſt viſcoſum reddit ſputum. Nam melius dixiſſet, Habet enim vim quandam
exterendi detergendiq;,quæ exigua ſit,& quę ſępenumero viſcoſum fieri ſputum ſinit.Nõ enim
ob mulſam glutinoſum fieri ſputum cõtingit,ſed id quidẽ ſputo huiuſmodi,proprium ineſt.mul-
ſa vero nil iuuat:ſed excremẽti naturã talẽ permanere ſinit.quapropter melius dixiſſet nihil gluti
noſum ſputum iuuari,& non tale à mulſa fieri. Nam hoc verbum καταγλισχραίνειν,quod ab Hip-
pocrate dicitur,ſputum à mulſa tale fieri,cum emphaſi ſignificat.

Ciet autem & vrinas abunde mulſa, niſi ex viſceribus aliquod prohibuerit. 11.

Mulſam ante,quòd vias omnes,quæ ventrem renesq; interiacent,facile penetret, ciere vrinas G
dixi,atq; vbi iecur male afficitur,vſui haudquaquam conuenire demonſtraui.Lieni præterea, ſi
phlegmone obſideatur,moleſta eſt:atq; multo magis inteſtinis ventriq;. Nam cito ignescens ob
phlegmones caliditatem in bilem conuertitur. Melle ſiquidem ob dulcedinem delectantur tum
viſcera tum venter.quo fit,vt tum citius, tum raptim magis eliciant.Melli quoq; et dulcia alia idẽ
habere quis dixerit,atq; ideo vt ad ventrem,ita ad viſcera accommodari. Venter autem his oble-
ctari videtur.Nempe, vbi ea deglutiuit,manifeſte quodam modo ab aſſumptis delectatur,veluti
è contrario ab aſperantibus amarisq; offenditur:nec; ſolum, cum aſſumuntur,verum quoque &
vbi aſſumpta ſunt,ad aliquod vſq; tempus.Quo fit,vt nemo ea,niſi interdum vice medicamenti,
vt ob collectos præter naturam in ventre humores,ingerat. vbi enim ſecundum naturam habue-
rit,iniucunda ipſi talia omnia ſunt:iucũda autem ſola,quæ dulcia exiſtunt.Sanè in appellato gũ- *λιμῶς.
ture maxima ex deuoratis dulcibus exoritur voluptas, corpore ſcilicet loci illius peculiare quip-
piam cum ſucco huiuſmodi habente. Corpus autem hoc facit ventriculi interna tunica,vt & ea,
quæ linguam ambit. Verum in lingua euidẽtiſſimam habet dulcedinis ſenſionem: in gutture au
tem voluptatis.Senſio vero manifeſta continuo efficitur & in ventris ore,quod dulcibus aſſum-
ptis delectatur,modo animans ſecundum naturam habuerit. Viſcera igitur hoc pacto dulci gau- H
dere ſucco,plurimumq; ipſius celeriter attrahentia, cũ valent,frui,aliq;:cũ vero febriũt et phleg-
mone obſidentur,in id,quod bilioſum eſt,dulcem ſuccum conuertere par eſt. Videntur igitur,q̃
συκωτὰ,id eſt ficata,ex carycarum eſu appellãtur,tum maxima, tum ſuauiſſima eſſe,iecinore ipſo,
vt liquet, ex dulcium eſu alimentum vberius accipiente. Verum in phlegmonis febribusq; rerũ
huiuſmodi ingeſtio non in probam alimoniam,ſed in bilis generationem demigrat:febrilis ſiqui
dem calor exuperat:natiuus autem deficit,qui bene temperatus erat.

Bilioſa quoq; alui deijcit magis:interdum quidem bona,ſed interdum,q̃; decet,redũdãtiora ſpumãtioraq;.quod 12.
biliojis magis, & his, quibus tumefacta ſunt viſcera, contingit. *κατακορέσερα

Reuocare ad memoriam oportet dictionem ante enunciatam:in qua mulſam vino dulci com-
parans dicebat,Porrò & ſiticuloſa minus,quàm dulce vinum,exiſtit.Nam & hoc in loco mulſam
eandem ad vinum dulce comparans biliosa alui excrementa deijcere magis pronunciauit.Nem-
pe & biliosa deijcere vinum dulce poteſt, Verum mulſa, biliosa interdum, quę bona ſunt,ſub-
ducit,interdum & vitiosa, quæ ſyncere admodum biliosa exiſtunt,bilem.ſ.vel igneam, vel flauã *πυῤῥὰν.
habẽtia craſſamq;.Bilis igitur ea ſpumam accipit ſæpius quidem ratione ea,qua in ijs,quæ vehe-
menter

Amenter igne calfiunt,ſpuma exurgit. ſæpenumero autem et in ijs,quæ à flatu agitantur,humidis.
Horum primum caliditatis exuperantis nota eſt: Secundum vero inſtrumentorum angustiam,
& flatuoſi ſpiritus intercluſi, viamq; haudquaquam liberam habentis agitationem denotat.
Biliosa autem huiuſmodi maxima ex parte ſubducuntur in his febribus,quæ liquefaciunt,qui-
bus fermè omnium aduerſiſſima,nocentiſſimaq; eſt mulſæ potio, veluti & modo contrario
potio aquæ frigidæ iuuantiſſima. Excrementum huiuſmodi ait à mulſa magis generari ijs,qui
natura biliosi, id eſt immoderate calidi exiſtunt,atque in his morbis,quibus viſcus aliquod phle-
gmone infeſtatur. Commune ſiquidem hoc nomen peculiare nunc factum eſt eorum, quæ in-
flammantur.Necꝫ enim propter ſcirrhum vel œdema febris incẽditur.Ergo,quòd in acutis mor-
bis, de qbus agit Hippocrates,vbi tumor in viſceribus genitus fuerit,phlegmones ſymptoma ſit,
non œdematis vel ſcirrhi,conſtat omnibus.Hos autem nunc μεγαλοσπλάγχνους appellauit,{qua
ſi viſceroſos dixeris.}

13. *Mulſa præterea,quæ dilutior eſt,ſputum educit magis,pulmonemq; lenit. Meracior vero ſpumoſa excremẽta,*
atq; plus,quàm conuenit, valde biliosa calidioraq;,q̃; dilutior, agit magis.

B Mel in acutis morbis bileſcere,atq; ob id nobis afferre moleſtiam antea dixi: Aquam præterea
tarde penetrare,atq; in hypochondrijs diutius morari, atque ob eas res fugiendam. At,quod ex
vtriſq; miſtum ſit, conueniens redditur,quando ea conſtat temperatura, qua aquæ plurimæ tan-
tum mellis permiſtum fuerit,vt viam aquæ paret,& ad diſtributionem agat. Nempe his ita tem-
peratis,vrinæ facilius penetrabunt,ocyusq; ſputum educetur. Quòd ſi mellis plurimum admi-
ſtum fuerit,ſitim facit,& viſcoſum reddit ſputum.Atque ob eas res aquoſior mulſa tum ad ſputi
eductionem,tum ad penetrationem vrinarum idonea magis exiſtit:meracrior vero ad ventris de
iectiones.Nempe, quanto magis proritabit,tanto magis & velocius ſubducet. Clyſteribus ergo
infuſa, quo meracior,eo magis excretoria reddetur. Cauſaq; erit deiectionum, tum earum,quæ
κατακορέως, id eſt ἰκανῶς, hoc eſt valde,biliosæ exiſtunt, tum ſpumoſarum. Talia ſiquidem tra-
here magis poteſt,quia inteſtina tum mordet, tum deterget.Adde,ꝙ & in bilem flauam tranſiẽs
ea occaſione biliosorum excrementorum copiam ſimul adauget, quo fit, vt iplius vſum non lau-
det Hippocrates.Declarat autem ex horum verborum adiectione,ἢ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως
χολώδεα.i.atq; plus, q̃ cõuenit, valde biliosa.Nam μᾶλλον τοῦ καιροῦ dicere cõſueuit pro μᾶλλον τοῦ
προσήκοντος.i.plus, quàm conuenit. Spumoſas item deiectiones & in prognoſtico damnauit.
C Et κατακορέως.i.ἀκράτως, hoc eſt ſyncere,biliosa praua ſunt. Neque enim κατακορέως, neque ἀκρά-
τως, ſed mediocriter talia eſſe oportet. Horum igitur non immemor, cum vel ex mulſa epota vel
abſque ipſa quis ſpumoſa ſimul & ſyncere biliosa deiecerit, febrem ſciueris eſſe, quæ liquefaciat,
atq; ob id ab vſu mulſæ abſtineto,atq; in ptiſſanæ cremorem deuenito,ſignum quodpiam coctio
nis morbi quantumuis momentaneum ex vrinis obſeruans.Nam,ſi tunc frigidam dederis, maxi
mo eris præſidio.

14. *Deiectiones autem huiusmodi habent quidem et alias,quæ graues sunt, offensas.Neque enim hypochondriorum*
extinguunt ardorem,sed excitant.Inquietationemq; & iactationem membrorum faciunt. Inteſtina etiam ſedẽq;
exulcerant.

Conſueuit Hippocrates ἕλκεας,id eſt offenſas,σίνεας dicere,vt in libris de fracturis et articulis eſt
demonſtratum.Nã σίνεσθαι Iones dicunt pro ἕλκεσθαι, id eſt lædere.Immo et ἕλκεσρά, id eſt nocua σι-
νάμορα ſæpenumero appellauit.Graues igitur offenſas habent (inquit) præfatæ deiectiones, id eſt
pure biliosæ ſimul & ſpumoſæ.Cõſueuit autem Hippocrates inter ſigna notasq;, vocibus vti, tũ
cauſarum,tum, quæ lædũtur, corporum.Deiectiones ergo huiuſmodi ſignificare commodius di
D xiſſet.ſed habere dixit,quanquam corpora affecta læſiones habeant, cauſæ faciant, & ſigna indi-
cent.Sed,quęnam ſint,quę à dictis proueniunt deiectionibus offenſę,ab Hippocrate audi ingen
te,Neq;.n.hypochondriorum extinguũt ardorem:ſed excitant.Hoc aũt ideo dixit,qm̃ ſæpius bi-
lioſorũ deiectio hypochondriorum feruorem protinus extinguit. Quare in malignis maleficisq;
biliosis adiecit,ꝙ talia excernentibus ipſis non extinguuntur,ſed omnino vice verſa increſcũt au
genturq;.Necꝫ ardor hypochondriorum ſedatur,quin potius vehemẽtior redditur. Adde, quòd
ἑστασζοντας, id eſt ἄσσον & ἀνσφορίαν habent,id eſt implacidi inquietiq; fiunt.Deiectiones ſiqui
dem huiuſmodi flammantis in hypochondrijs ipſis affectionis ſymptomata exiſtunt. Atq; in in-
teſtinis ramentoſam parit acrimonia affectionem.Sanè affectiõis huius,quæ ſyncere biliosa ſunt,
cauſæ exiſtunt:eius vero,quæ in hypochondrijs exiſtit, ſigna. Verum Hippocrates,vt dixi,voca-
bulis cauſas indicantibus inter ſigna vti conſueuit.

15. *Sed horum auxilia scribentur.*

Quòd morborum ſingulorũ remedia ſe ſcripturũ dixerit,vt antea expoſuit, ſic & hoc in loco
non minus. Verũ,ſi & q̃ libro huic poſt ſermonem de balneis adiecta ſunt, digna Hippocrate exi
ſtant,& q̃ in libris de morbis vel de affectiõibus ſcripta ſunt,ea inter exponendũ cõſiderabimus.

Qui

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Qui ergo in morbis huiusmodi relictis sorbitionibus mulsa potionis alterius vice vtetur, is multa fœliciter cõsequetur: sic ei nequaquam præter animi sententiam succedent multa. Verum, quibus danda sit, & quibus nõ, & quã ob causam, tam magna ex parte est dictum. E 16.

Significauit & nunc manifestissime ad morbi vsq; iudicationem sola vti mulsa consulens. Nẽpe in solis, quæ colliquefaciunt, morbis, vel in quibus hominum virtus ad morbi vsq; iudicationem sufficere non possit, ad ptissanæ cremorem perueniemus. In alijs vero solam exhibere mulsam est commodius.

Damnata autem propterea ab hominibus est mulsa, quòd bibentes ad vltimũ imbecillitatis agat, atq; ob id citã afferre mortem sit credita. Verum id ob lãguentes ipsos dictum fuerit. Sunt enim, qui sola vtantur mulsa, tãquam huiusmodi existat. 17. * ἀποκαρτερέοντας.

Dicere summe à mulsa imbecillitari, & mulsam nullo pacto nutrire, vel exigue, idem non est. Quippe cum tria hæc inter se distent. Nam, quæ vires imminuunt, vt sanguinis eruptio, deiectio superflua, sudor immodicus, & per accidens cibi abstinentia, summe imbecillitare dicuntur. At, quæ nullo pacto nutriũt, vt aqua: ea virtutem neq; summe imbecillitare, neq; roborare quispiam vere dixerit, nisi id aliquando per accidens cõtingat. Aqua siquidem non vt alimentum vires recreat, sed bene vt medicamentum, ad temperamenti symmetriam, quæ propter ipsius immoderationem imbecilla sunt, reducens. Tertio deinceps loco sunt, quæ exigue nutriunt. quibus qui tãtummodo vtitur, tametsi interire possit, nõntamen tanq; vires imminuentibus, sed tanquam eas non, quod satis sit, roborãtibus. Quo è genere est mulsa. Nam, siquis diebus quatuor cibo priuatus interire deberet, is mulsæ vsu non quintum modo, verum quoq; & sextum attingere posset. Sermonem hunc & de melle intelligas. Nempe mellis natura mulsam ipsam inter modice nutriẽtia facit. Nam humiditatem non modo Hippocrates, verum quoq; & medicorum probatissimi serè omnes cibi vehiculum non cibum censuerunt. Hæc sanè eadem, quæ nunc dicũtur, de mulsa & melle scripsit non obscure Hippocrates in sequentibus. F

Sed hoc ita non habet. 18.

Non omnino siquidem verum est ægrõs ipsos propter mulsam mortem obire. Moriuntur etenim, & si aquam solam biberint: sed, q̃ exiguã corpori præstet alimoniam, ob id solum vitam seruare non sufficit. Quod etiam accidit, vbi quis solius ptissanæ cremorem perpetuo sorbeat. * ἀποκαρτερροῦντας. G

Sed mulsa, q̃; aqua, multo potentior est. sola epota, nisi aluum perturbet. 19.

Indicare videtur per hanc vocem, potentior, quòd & aqua aliquam nutriendi vim habeat. euenit autem eo, quòd corporis ventriculi ariditas irrigatur, vt diu, qui aquam bibant, magis durent, quàm qui nihil assumunt. Secure autẽ, nisi aluum perturbet, addidit, de mulsa sermonem faciens, illos enim iure peius habere facit propter euacuationem, quibus aluum pertubat, simulq; verbũ id, perturbat, immoderatam significat excretionem & non mediocrem. Scire quidẽ oportet mulsam crudam aluum magis soluere, coctam autem bene, magis nutrire. Hoc autẽ obiter à te sit cognitum. Videamus autem, quæ deinceps scribit, vino mulsam comparans.

Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro, quodam modo fortior est, & quodam modo imbecillior. 20.

Sunt, qui dictionem scribant sine hoc verbo, est, hoc pacto, Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro, quodam modo fortior & quodam modo imbecillior. Alij pro quodam modo legunt, interdum, ad hunc modum, Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro, interdum quidem fortior, interdum autem & imbecillior. Sed ex omnibus vis est eadem atque idem intellectus. Nam Hippocrates mulsam vino huiusmodi quadãtenus fortiorem, & quadantenus imbecilliorem dicit. Feci autem mentionem vini huius in ea, quam de vinis feci, tractatione. Quod tãquam nescientis vice functus Hippocrates subticuit, sed nunc quædam manifestauit tum substãtiam memorans ex hoc verbo, tenui, tum virtutis imbecillitatem, cum adiecit oligophoro, id est paucifero. Vocatur siquidem oligophorũ siue pauciferum, quod, vt bibatur, minima eget aquæ mistione. Contrario autem modo polyphorum vel multiferum appellatur, quod, vt bene temperetur, multam exigit aquam. Æquiualenter dixeris, quod aquæ multum sustinere possit ad temperatam mistionem. Quod vero pauciferum appellatur, id fractum imbecillumq; & ad potum inutile redditur, si multa dilueris aqua. Atqui, quæ in vino hoc est carentia odoris, ea imbecillitatis frigiditatisq; efficacissima existit nota, quippe in hoc aquæ est assimilis: non secus, quàm fortis odor efficacissimum roboris signum. Vinum siquidem aquosum læuissimã in ligno vitis habuit transmutationem: leuissimam quoque & elementi terrei permistionem, ita vt aqua sit, quæ tum paulum terræ calidęq; substantiæ assumpserit, particeps've fuerit, tum leuissima in horum coniũctionem indiguerit confectione. Contrarium autem tum vinosum, tum multiferum, neq; à læui confectione tale efficitur, vtpote quod ab aqua longissimo recedat interuallo. Qua de causa insignem H

A signem consecutum fuit tum caliditatem tum odorem.

21. *Vini autem mellisq; meracitas si robur vtriusq; contemplatus fueris, insigne recipit discrimen. Nam, si duplã vini mensuram ad mellis delinctum quis biberit, à solo nimirũ melle validior lõge reddetur, nisi ventrem turbauerit. Nempe multo plus stercoris deijcietur.*

* In aliquibus antiquis cod. legitur ἀσαφέστερον. i. obscurius

Si mulsæ et non mellis dixisset Hippocrates, mãnifestius enunciasset. Nam de mulsa hucusque egit, ipsamq; vino ex aqua diluto comparauit, necp; ipsam per se: sed, vt iusta fieret comparatio, ob id sermonem suum ad mel vinumq; reuocauit. Sunt autem, qui in huiusmodi comparationibus non reliquos modo volentes, sed seipsos quoq; inuitos circumueniant fallantq;. Cæteri meracio ra purioraq; experti non puris solis, sed quouismodo temperatis vires cõtribuunt: Nõ secus alij aquosiora experti, ex illis de omnibus quoquo modo temperatis sententiã ferunt. Non ita tamẽ de rebus iudicium est faciẽdum. At, si iustam facturus sis de ipsis comparationem, mulsam ad eorum, quæ bibũtur, vinorum temperaturam in aquæ permistione, ita ex proportione existimabis, vt vinum non meracius & mulsa aquosior fuerit. Sed, quoniam in mistione proportionem exacte seruare difficile est, ob id ad ea, quę vere immista & proprie ἄκρατα. i. pura appellantur, trãstulit sermonem Hippocrates, vino nullo pacto diluto mel ipsum comparans. Aitq; duplũ vini epotum minus alere, q̃ mellis simplum. Verum, quoniam plura vinorum genera existunt, non, quæ fortia sunt, caputq; feriunt, & desipientias creare possunt, in hoc exprompsit sermone: sed vinum imbecillum aquosumq;. Melq; ipsum huic comparans plus alere enunciauit. Cæterũ, cũ vini duplo mel dimidium comparare voluerit, non q̃ solum vtrunq; per se et citra aquæ mistionem ęger sumere debeat, asseruit, sed, si post vtrunq; dimensum, pro arbitrio ingerat, non minus † vtile est. Potest siquidem, si res tulerit, mellis cyathum vnum vel per se accipere, vel aquę, quantum volet, mistum ingerere, atq; id quotidie bibere. Vel denuo vini cyathos duos diebus singulis, vt volet, aqua temperatos. Tali siquidem experimento tum in plurimis similiter in cæteris habẽtibus hominibus, tum etiam in vno magis per idem temporis spatium cognoscetur exquisita vtriusq; facultas. Si. n. mel non ex naturæ proprietate ventrem turbat, qui melle vtuntur, diebus pluribus abunde sufficient. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit Hippocrates, Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro interdum fortior & interdum imbecillior est mulsa? Non enim interdum fortior & interdum imbecillior, sed semper fortior secundum nuper dicta videtur. Quoniam prius, q̃ de comparatione iusta distinxisset docuisset q; citra distinctionem absoluto sermone, bene & secure dixit, Inuenietur mulsa vino quadãtenus fortior, & quadantenus imbecillior. Si enim temperamenti vtriusq; analogiam quis non distinxerit, interdum quidem imbecillius vinum, interdum & mulsa esse videbitur. Verũ, si hæc distinxeris, vt est dictum, atque eam, quam mel in ventre facit turbationem contemplatus fueris: mulsam ad nutriendum validiorem semper deprehendes, quàm vinum eadem proportione dilutum temperatumq;. Quòd si & stercus, quod ex mulsa ita moderatum excernitur, vt virtutem nõ exoluat, adnotaueris: tibi etiã magis ex mulsa copiosior videbitur nutritio, q̃ ex vino. Nam, et si duplum exeat stercus, laborãs tamen pluribus ex diebus mulsa sufficiat: certe ad nutritionem mel vino tum potentius tum validius videtur. † differt. B C D

22. *Mulsa tamen post ptissanæ sorbitionẽ epota valde replet, inflat, et hypochõdriorum visceribus est inutilis. Sed, si ante sorbitiones bibatur, non vt superepota lædit: sed iuuat.*

De ordine ait Hippocrates, quẽ in vsu mulsæ ptissanæq; quis optime seruare debeat. Verum vno mulsæ ptissanæq; edoctus exemplo vniuersalem hunc accipe sermonem. Nã perpetuo prius ingerenda sunt, quæ & facilius corrumpuntur, & quæ subducuntur magis: Posterius vero contraria. Ptissana autem, q̃ mulsa difficilius corrũpitur: & descendit tardius. Si ergo mulsa primo sumpta fuerit, ex ea quędam ptissanę ad deiectionem fit prouocatio. Verum, si ptissana primum sumpta fuerit, subduci mulsa prohibetur: inflabit hypochondria: atq; tandem in bilem cõuersa, ptissanæ detrimentum afferet.

23. *Cocta aũt mulsa, facie quidem cruda longe est melior. splendida siquidẽ & tenuis & alba & pellucida existit. Sed, qua ab ea euariat virtute, non habeo. Neq; enim est suauior, si mel bonũ fuerit, imbecillior tamẽ & minus stercoris habens. Quorum neutro, vt auxilietur, mulsa opus habet. Cocta tamen probissime, vtendũ si mel vitiosum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris. Nempe coctura plurimam malignitatum turpitudinem tollit.*

Tota dictione coctæ crudæq; mulsæ differentias docet Hippocrates: sed nullam desiderat expositionem.

DE OXYMELITE.

24. *Oxymeli vocatum potum, sæpius quidem in his morbis commoditatem habere reperies. Nam sputum educit, & facilem reddit spirationem.*

Καλούμενον id est vocatum, aut quod vocatur, & καλεῖσθαι. i. vocari, atq; his similia adijcere Hippocratem

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

pocratem non ignoras:interdum quidem ꝙ hæc appellatio Græcis omnibus nullo pacto vſitata E
ſit:interdum vero quod impropríe dicatur:atq; interdū ꝙ artificioſum quippiam demonſtret. vt
ἐπὶ τῶν κροταφίτων καὶ μασσητήρων μυῶν,id eſt tēporalibus & maſticatorijs muſculis,declarauimus.
Sed,ꝙ artificioſum nihil indicet oxymelitis appellatio,cōſtat omnibus.Appellationem igitur ex
adiectiōe τοῦ καλουμένου vel damnauit,vel tanꝯ inuſitatam indicauit.Pōt aūt & vtrunq; feciſſe,
nā forſan tunc primū in cōmunē cœpit vſum venire.Forſan & vocem damnat,tāquam ex ſolis
aceto & melle cōſtare medicamentum explanantem,vel tanquam mellis differentiam indicantē.
quaſi ita quiſpiam diceret.†Mel autem acetumq; tali ſunt prædita facultate.Ergo de verbi huius † Græce τὸ δὲ μέλι τὸ ὀξὺ δύναμιν ἔχει τοιάνδε.i. Mel aūt quod acidum eſt,tali eſt ꝓditum facultate
καλουμένου adiectione nemo ignorat. quapropter ad id, quod vtile eſt, deſcendamus. Non.n.ex
aceti melliſq; miſtione tantum oxymelitis eſt compoſitio:verum ex mulſa paulum aceti accipien
te.Sed melius eſt,vt concoquatur.Nempe virtus aceti ita coctura imminuitur, vt mulſa quidem
ab eo, cui miſcetur, auxilium ſumat,offenſam autem nō habeat.Auxilium aūt in orationis exor
dio enunciauit,atq; ab his enunciabit.Offenſas vero ad dictionis totius calcem adijciet. Dictum
eſt igitur in exordio,Sputum ſiquidem educit,& facilem reddit ſpirationem. Quæ autem deinceps
ſunt,dictiones ſicuti,ab eo diſcemus. F

Tempora vero hæc habet. 25.

Καιρούς,id eſt tempora, dixit,vel tempora, quibus ex conſuetudine vtendū ſit,vel tempora, ꝙ
bus iuuare ſoleat. Nempe & in hoc ſignificatu καιροῦ, id eſt temporis,appellatione interdum vti
Hippocratem oſtendi.

*Quod valde ἄcre exiſtit,nihil mediocriter in ijs,quæ nō facile educūtur, ſputis efficiet.Nā,ſi†{quæ detinētur}
educeret,gutturq; lubricaret & veluti†{geſtiētem redderet},pulmonē certe leniret.nempe ipſum molliret. Quæ
ſi contingerent,maxime prodeſſet.Interdum vero accidit,cum valde acre fuerit,vt ſputum non educat,ſed viſco
ſum reddat,afferatq; detrimentum.* 26.

In quibus acri oxymelite vtendum ſit,in his fieri aliqñ ex eo offenſam docet Hippocrates.Nēpe, * ὀξὺ.i.acidum & ſic vbique.
in quibus nemo prorſus tali,quod acre eſt, medicamēto vteretur,tales recenſere offenſas ſuper- † τὰ ἐγκέφαλον τὰ.
fluū eſt. Neqꝫ.n.ſimpliciter de acri oxymelite ſermonē fecit,ſed aduerbiū hoc κάγτα,id eſt valde, †διαπτερώσεως
adiecit.quod λίαν & σφόδρα,id eſt admodum,vehemēterq;,ſignificat.Tale igitur oxymeli nihil me
diocriter in craſſis glutinoſiſq; pulmonis ſputis efficere cōſueuit, in qbus eo ſolo quiſpiā vtatur,
ſed ea vel ſecat,detergit,educitq;:vel facere id nō valens,exiccat.Nēpe, vt huiuſmodi medicamē- G
tum ſecandi vim habet, ita & exiccandi.vtimur aūt eo in craſſis pulmonis ſputis nō tanquā exic
cante(nempe hoc pacto detrimentum afferret)ſed tanquam incidente & detergente. Cum igitur
hęc facere nō valet,tñ abeſt,vt vtilitati ſit,vt ēt maxime noceat.ſed,qñ neq; ſecat neq; detergit,in
ſequentibus docebit.Volo aūt impſentiarū de ea,q̄ in multis reperit libris,ſcriptura agere.Nō.n.
per σ,ſecundam huius noīs μέσον.i.mediocriter,ſyllabam,ſed per ζ ſcriptam inuenimus,vt dictio
tota talis ſit, τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν, id eſt,Quod valde acre exiſtit, nihil inſigne
efficiet.Sed id falſum eſt.Nempe inferens magnum aliqñ fieri ab eo iuuamentum, oſtendit inter
dum & detrimentum.Quare perpetuo inſigne quippiam facit,et nullo pacto leue paruumq;.De
quo autem eſt verum dicere, ꝙ perpetuo magnum vel malum vel bonum facit, de illo melius ni
hil mediocriter ab eo fieri quiſpiam dixerit.

Potiſſimum autem ita afficiuntur,qui maxime pernicioſe habentes,neq; tuſsire,neq;, quæ intus continētur,ex- 27.
creare poſſunt.

Sputa craſſa vehementer glutinari,nihilq; ab exhibito, quod acre ſit, oxymelite iuuari ait his
contingere,qui maxime pernicioſe afficiūtur,id eſt quibus crudus ſupra modum exiſtit morbus. H
Nempe hi nihil expuunt.

Cum hæc ita habuerint,vires hominis perpende.Nam,ſi de eo ſperaueris,dabis. 28.

Poſtea quàm eos,qui maxime pernicioſe ægrotāt,ab acri oxymelite nihil iuuari prædixit,pauciq;
ex ipſis adiuti liberentur,ob id & ipſius,quod rarenter contingit,non tacuit auxilium.Fit au
tem auxilium huiuſmodi ab acri ſupra modum oxymelite,cum ægri vires valent.Nempe, ſi non
valent,non iuuabit,quod tale eſt oxymeli.Duorum ſiquidē alterum efficiet.Nam vel prorſus nō
ſecabit,ſed, quod glutinoſum eſt, glutinoſius reddet:vel diſſecabit, abſtergetq;. Verum ſubitam
vniuerſamq; tum eductionem,tum vacuationem,quam molietur,non ſuffērente natura contin-
get ſtrangulari hominem.

Cum autem dare volueris,perquam tepidum,paulatimq; & non affatim dabis. 29.

Si æger ob ſputorum tum craſſitiem tum viſcoſitatem nihil expuerit, virtusq; valida fuerit,
oxymeli dari iubet valde acre, paulatim & ἀκροχλίαρον,quod eſt ἄκρως χλίαρον, id eſt perquam
tepidum. Id autem calidi frigidiq; exacte eſt medium. Nam,quòd vehementem habeat facul-
tatem

A tatem,propterea copioſe ipſum vno hauſtu offerre veretur.Pari modo & æſtate frigidum porri-
gere,vt antea præcepit,ideo timet,quia tum pleuritides tum peripneumoniæ,in quibus nihil ex-
puitur,crudæ ſunt.Coctioni aūt perpetuo calidū opitulatur confertq;:frigidum vero renititur &
aduerſatur.Sed quam ob cauſam calidum etiam oxymeli deuitat Hippocates? An ob morbi ma-
lignitatem malumq; morem,ne videlicet protinus ex tali potione cruda perſiſtat affectio, homi-
nemq; à calido oxymelite ſiticuloſiorem fieri contingat? Nempe,ꝙ ſymptoma hoc viſcoſum red-
dat ſputum,expoſuit. Tutius ergo mediocriter tepidum eſſe oxymeli arbitratur Hippocrates, vt
pote qui calidi eam,quæ ſuccedere poſſit,frigiditq; de neceſſitate ſucceſſuram fugiat læſionem.

30. *Quod autem parū acre eſt,os faucesq; humectat,ſputum educit,& ſitim ſedat:qua occaſione hypochondrio vi-*
ſceribuſq; eſt benevolum,melliſq; inhibet noxas. Nempe,quod in melle biliоſum eſt,temperat caſtigatq;.

Poſtea ꝙ de ſupra modum acri oxymelite ſermonem abſoluit,ad id,quod mediocriter acre eſt,
trāſiit,humectare ipſum os faucesq;,& ſputū educere,& ſitim ſedare in textura orationis ingens.
Nēpe,quod omnia,quibus iuuari ęgritudines natæ ſunt,habet,id eorū, quę nocere valēt ob vim
tēperaturæ, nihil habet.Nam mulſæ tm aceti eſt admiſtū,vt, quod in ipſa biliоſum ſit,queat ſuffi-
B cienter καλάσαι,id eſt καθελεῖν & ταπεινῶσαι,id eſt caſtigare,inuertere,& ſupprimere. Nēpe in quar
to de ſimplicium medicamentorū viribus dulcem ſuccum acri maxime potentia aduerſari mon-
ſtrauimus. Cum itaq; mulſæ facultas cætera quidem omnia,quibus morbi huiuſmodi opus ha-
bent, contineat,in vno autem duntaxat contraria,ꝙ.ſ.ſupercalfacta ipſa bileſcat:migrationē ſanè
huiuſmodi permiſtio aceti cohibens,optimum efficit medicamentum. Nempe minime ſiticulo-
ſum erit,atque ob id ſputa,quæ non omnino craſſa glutinoſaq; ſunt,facile educet.has autem, quę
duo numero exiſtunt operationes, conſequitur partium oris fauciumq; humectatio. Qua vero
occaſione hoc facit,ea tum lieni tum hepati maximam affert ſuauitatē,viſcera innoxie expurgās.

31. *Flatum præterea diſcutit,& vrinas mouet.*

De mediocriter acri oxymelite adhuc diſſerens, hæc protulit.Nam in pulmonis thoraciſq; af-
fectionibus plurimo eſt vſui,maximeq; inſignē habet patrocinatū ob metricā illam aquæ acetiq;
& mellis permiſtionē.Tale ſiquidem oxymeli ſpiritum craſſum glutinoſumq; in hypochondrio
ſecat:flatuſq; abrūpēs,vias oēs expurgat:atq; ad vrinas tum ſeroſa tum biliоſa agit excrementa.

32. C *Sed partem inteſtini infernam reddit humentiorem,facitq; ramenta.*

Eam,quæ ſupra id, quod ſecūdum naturā eſt, innaſcitur partibus, humiditatem, πλάδον Hip-
pocratem nominare neminem ex nobis præterit.hoc igitur efficere ait oxymeli. Nam,quicquid
craſſi glutinoſiq; ſucci ſuperius infarcitur,id abradit ſecatq;,atq; tāq; ad excretionem ſubducit.fa-
cile item & hac facultate ab iecinore facit excrementorū eductiones, ita vt collectis ſuperioribus
cunctis humiditatibus in inteſtinis ipſis & potiſſimum infernis,ob multitudinem quidem innaſ-
catur ea,quæ ſupra naturā eſt, humiditas,ob qualitatem vero inteſtini abraſio.Nempe et oxyme
li detergente præditum facultate,tandem abradet inteſtinum.Eiuſdem quoq; eſt facultatis,quod
cum oxymelite deſcendit chylōſum excrementum. Quapropter & ſine oxymelite,ſi aliquando
* In oībus antiquis græcis legitur χολώδες ideſt biliоſum, & ita ēt habet vetus tralatio. exuperauerit,inteſtinum abradet.

33. *Interdū aūt & in acutis morbis eſt inutile,& potiſsimū,quòd non flatū modo foras prodire vetet,verū quoq;*
& reuerti faciat.Præterea & maxime vires frangit,& extremas infrigidat partes.

In acutis interdum morbis abradi inteſtinum,bonum non eſt.Nempe ea,qua elici ramenta ſo-
lent, affectio,partium,quæ in ſuperficie conſtāt, vlceratio eſt.Quæ cum talis exiſtat,ab irrumpē-
D tibus omnibus, & præſertim mordētibus,moleſtiam recipit inteſtinum.Quod affectū, niſi pro-
tinus mordentia excreuerit,ad regionem ſuperiorem ea,quæ irrumpunt,remittit. Quo fit,vt ea
occaſione flatus etiam ſurſum recurrat. Naturalem ſiquidem functionem circumſtringentem,
exprimentemq; ſortita ſunt inteſtina,vt in commentarijs de facultatibus naturalibus eſt demon-
ſtratum.Sed,quæ irrumpunt, à partibus, quibus continētur, reijci velocitatis eſt opus.Cū igitur
* vetus interpres legit, huiꝰ virtutis. ſuperne motus exordium habet,quæ continentur,deorſum habent excretionem. Verum, ſi mo-
tio inferne capit exordia,ſurſum feruntur. Quod ſanè in habentibus ſecundum naturam vſu ve-
nire videtur,cum ſcilicet vniuerſim raptimq; ſubeunte ad inferna inteſtina bile continemus ex-
cretionem,aut propter aliquam,quæ prompta ſit, negociſ curam,quæ interpellari non poſſit,aut
ꝙ non prope ſit,quo venter exoneretur, locus. Nempe tunc recurrere ſurſumq; ferri bilem ita
percipimus, vt non adhuc excerni poſſit. Sunt,quibus ex huiuſmodi bilis recurſu ſtomachus
male habet:alijs caput repletur,& ob morſum dolet:alij patiūtur vtrunq;. Hoc igitur pacto,quæ
ramenta habet inteſtinorum affectio,deorſum interdum excernit celeriter, ægrorum moleſtiam
nequaquā ſuſtinēs. Interdum autem & à partibus inferioribus ad ſuperiores,vbi, quæ irrumpūt,
non protinus ad ſedem prodierint, ſed is,qui ſedem circulariter ambit muſculus, tum contra-
ctus,tum recti inteſtini extremum ipſum abſtringendo complexus,principium motionis obſtri-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ctoriæ ex infernis partibus ad ſuperiores fecerit. Ob eam igitur cauſam non flatus modo, verum E & excrementum in huiuſmodi affectionibus reuertitur. Contingit autem & vires offendi ob eũ, qui in tranſitu ipſo ſequitur, morſum. Nẽpe abradentia, tametſi, quod irrumpit, breuiſſimũ habeat morſum, vehementer tamen infeſtant. Scimus aũt dolorem omnem vires exoluere euertereq3, atq3 ob id partes infrigidare extremas.

Et hæc ſola eſt, quam nouerim, oxymelitis noxa, quæ ſcribi digna ſit. 34.

Oxymeli mediocriter temperatum, noxas omnes, quæ ex mulſa, vino, & aqua emergunt, effugiſſe paulo ante eſt monſtratũ. Quòd ſi aliqñ nocuerit, ſolũ nocet, q3 abradat inteſtina: idq3 facit in ijs, qui imbecillam habent facultatem, & pati idoneum inteſtinum.

Exiguum autem potionis huius nocte quidem & ieiuno ante ſorbitionem dare expedit, quanquam & à ſorbitione, modo longum interſit tempus, nihil vetet bibere. 35.

Vbi facultatem, quam habet, percurrit, ad rationem temporis, quo maxime ipſum quis porrigere debeat, in preſenti peruenit†: & potiſſimum, cũ, qui oxymelite vti debet, is ſorbitionibus alatur. Nẽpe, vbi quis nõ ſorbitionibus, ſed potione ſola regaſ, tempus in illis poſtea docet. Ait ergo F in ſorbitione vtentibus illud duntaxat obſeruandum tempus, quo ſorbitio ingeri debet. Ptiſſanę autem cremor ſorbitio eſt: qui, vt corpus alat roboretq3, aſſumitur. Ad quæ confert, ſi nutritionis tempore ſolus in ventre contineatur. Nempe antea didiciſti cibos multiplices & præſertim facultate diſſimiles magnam progignere in ventre turbationem. Ob eam igitur cauſam non porrigẽdum oxymeli, niſi cremor concoctus fuerit. Qui ſi coctus fuerit, licet tum nocte tum appetente die ante ſorbitionem ſumere. Tẽpus autem inter ſorbitionem oxymeliq3 medium ſatis facit, †ſi ptiſſanæ cremor vacuum ſimul & purum ex ea, quæ ab oxymelite facta eſt, abſterſione, ventriculum ingrediatur.

†Ex Græcis codi. & tralatione veteri clarius & primo quidẽ tps explicat, qi maxie quiſpiã ex ijs, qui ſorbitionibus aluntur, oxymelite vti debeat. poſtea vero, licet non ſorbitiõib⁹ ſed potione ſola quis regat, tps quoq3, quo illi exhiberi debeat, docet.

36 *Qui autem non ſorbitionibus, ſed potione ſola vtuntur, his non ſemper oxymelite vti expedit, † præſertimq3 quòd inteſtina abradantur, fatiſcantq3, & ſuccumbant. Nam cum ſtercore vidua & deſtituta ſint, vacuæ item venæ, atq3 ablatæ à melicrato vires, citius inducuntur.*

†An riqua tralatio hæc addit. quãtitas duarũ horarum: quod eſt, quia oxymeli præcedit ĩ hoc ſpatio, & penetrat pars eius ad venas, & pars eius deſcẽdit. ita vti ptiſſanę cremor vacuũ ſimul &c.

Qui victus rationem nõ ex ptiſſana, ſed ex potu ſolo ſibi inſtituunt, ijs non per totũ morbum eſt conueniens oxymeli, †quòd vehementius inteſtinum ipſum tum nudum tum humore alio deſtitutum abradat. Nempe à ptiſſana quodam modo inungitur, vbi eam aſſumpſerint, & cum cor G pus nihil à mulſa auxilij acceperit. Mulſæ autem auxilium, quod corporibus affert, cum de mulſa ageret, prædixit.

37 *Quòd ſi potum hunc quidem multum per totum morbi tempus profecturum exiſtimaueris, paulum aceti, tantumq3, vt duntaxat ſentiri poſſit, infunde. ſic enim & iuuabit, & lædens, minimum lædet, & ea, quæ oportet, præſtabit.*

†Præſertim quidẽ ob abrasionẽ vel exaſperationem inteſtini: ei. n. ſine ſtercore exiſtẽti magis vtique hæc inferat ꝓſente vaſorum inanitione: poſtea vero quia melicrati ẽt vires auferat.

Cũ ſitim quidẽ mulſa inferat, ſputa aũt in brõchijs pulmonis cõtineatur vel glutinoſa vel admodũ craſſa, tũc ſolo eſt vtẽdũ oxymelite. Neq3 memoria excidat dicta hæc fuiſſe de ijs, q ſolo potu ſine ſorbitiõe vtunt. Si igiť, vt dixi, ſolo vtẽdũ ſit oxymelite, paulũ aceti mulſę infundere cõuenit, vt aceti vſu cõmodoq3 fruať, & fugiat, quod ab eo eſt, detrimẽtũ. Sed acetũ mulſæ cõmiſtũ ex coquere oportet. Nẽpe hoc pacto ad nocendum imbecillius redditur.

†Tum quia, cũ inteſtinum nudũ ſit, id vehementius abradit: a ptiſſana .n. quodam modo inungitur, vbi eam abſorpſerint: tũ quia melicrati vtilitatem corpus haudquaquã aſſumeret.

38 *Vt autem in ſumma dicatur, q̃ ab aceto eſt acredo, picrocholis magis, q̃ij melãcholicis, prodeſt. amara ſiquidem diſſoluuntur deſciſcunt q3; in pituitam, cum ab aceto in ſublime attolluntur. Nigra autem fermentantur, attollũtur, & multiplicantur. Nempe atra educit acetum.* H

Picrocholas naturas appellat Hippocrates, quæ amarũ ſibi cõtraxerũt ſuccũ, cuius generis eſt bilis flaua. his idoneũ eẽ ait acetũ, quod melancholicis aduerſiſſimũ exiſtit. Nã & bilẽ nigrã acidã eſſe contingit, cum. ſ. præter naturam habente corpore & ſyncera & impermiſta fuerit. Nẽpe, cũ recte valet, plurimum quidẽ prædictæ habet qualitatis, non tñ exquiſitam ipſam. Reliqua dictionis manifeſta ſunt. Docet ſiquidem in ea, quonam pacto acetũ picrocholis, qui in temperamento calido cæteros vincunt, adiumento ſit: vtpote quod frigidum ſit.

39 *Mulieribus autem longe magis, q̃; viris, aduerſatur acetum. Nam vterum dolore afficit.*

Quòd acetum ſuapte natura neruos offendat, teſtatur experimentum, & ratio demonſtrat. Nẽpe exangues ſunt, & ideo frigidi, facileq3 ab his, quæ refrigerant ſimul & tenues habent partes, afficiuntur medicamentis. Læduntur præterea & à reliquis refrigerantibus omnibus: ſed, ſubſtantiæ aceti quod tenuium eſt partium, in eorum mergitur profundum: atq3 in omnes ita penetrat partes, vt ne minimum quidem ex eis illæſum maneat. Sic igitur acetum neruoſas offendit partes. Verum autem anatomici ferè oẽs neruoſum eſſe dicunt. Verum & abſque eorum adnotatione, quam ex anatomica inſpectione fecerunt, poteris & tu de eo ratiocinatione colligere.

Nempe

Colegio del Rosario de la Ciudad de Vela

A Nempe ad maximam laxatur molem, & ad minimam contrahitur. Quantus etenim fœtus fuerit, tãtum ipſum perpetuo circulariter ambit. Impleturq3 ſpatium omne ab eo, etiam ſi fœtus paruus fuerit vel magnus, veluti venter à cibis. Sed ventris non magna eſt ad contraria permutatio, vteri autem maximæ. Plurimum autem dilatari laxariq3 neruoſorum proprium eſt corporum, & non carnoſorum.

DE AQVA.

40. *Aquæ, quæ in acutis bibitur morbis, nullũ ſanè aliud habeo, quod illi concedã officium. Neq3. n. in pẽripneumonicis tuſſim ſedat, neq3 ſputũ educit. immo cæteris minus, ſiquis aquæ potione prorſus vtatur. Verũ, ſi inter oxymeli & mulſam paulum aquæ inſtilletur, ob qualitatis potionum tranſmutationem ſputum educit. Nempe intus inũdationẽ quãdã parit. Aliàs neq3 ſitim ſedat, ſed amareſcit. Nẽpe ei, qui ſuapte natura bilioſus exiſtit, ea eſt bilioſa. Hypochõdrio præterea eſt infeſta malaq3, atq3 etiã peſſima bilioſiſſimaq3, et vires maxime labefactat, vbi in vacuitatẽ venerit. Adde, q̃ lienẽ auget iecurq3, vbi inflãmata ſunt, fluctuatq3 & innatat. Tarde ſiquidẽ meat, q̃ ſubfrigida et incoctibilis ſit, neq3 aluum deijcit, neq3 vrinas mouet. Atq3 ex eo quoq3 nocua eſt, q̃ ſtercoris ſuapte natura expers ſit. Quã ſi pedibus frigẽtibus aliqñ quis biberit, ea his omnibus multo magis nocebit, ad quodus eorũ uenerit.*

*Al. pleuriticis

B Neque incidẽdi vim habet aqua, vt acetũ: neq3 calida eſt, vt mel: quod ſanè non calfacit modo, verum quoque & detergit, ſecatq3. Tarde igitur iure optimo meat aqua, difficulter concoquitur, atque ægre deſcendit, quanq3 alioqui & optima ſit, & culpa omni vacet. Nam, quæ vel limoſa, vel male olens, vel ſalſa, vel alterius cuiuſpiam medicamẽtoſæ qualitatis particeps exiſtit, ea nõ ſimpliciter eſt aqua, ſed cum tali quadam permiſtione medicamenti. vt ſi mel vitioſum, vel ptiſſanã, vel acetum, vel vinum, vel quippiam tale deſignaueris. Non. n. ex illo genus totum culpabis, ſed id ſolum, ad quod conuertis mentem. Cum igitur ſuper ſingulis, de quibus enunciat Hippocrates, ſermo de optimis ſit, ita & nunc intellige, ſingula, quæ dicũtur, ad optimam referens aquam. Ea autem puriſſima eſt, & omni aliena qualitate deſtituta. Hæc igitur quanq3 optima ſit, multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationesq3 plurimum parit. Quo fit, vt, cum bilioſus vẽtriculus fuerit, corrumpatur & illa. Præterea, & cum ex ventriculo ad ieiunum inteſtinum ægre perueniat, non facile diſtribuitur neq3 in hepar, & minus in renes, thoracem, & pulmonem. Quo fit, vt neq3 vrinas mouere nata ſit, neq3 ſputum educere. Immo neq3 per totũ corpus molitur tranſpirationes. Id nanque ſubſtantiæ, quæ tenuium ſit partium, opus eſt, calidæq3, nõ frigidæ & craſſarum partium. Neque præterea ſitim ſedat, q̃ in amplis tum ventris tum inteſtinorum animalis*

C *inſtrumẽtis plurimo maneat tempore: neque prorſus imas ipſorum penetret partes, neq3 ariditatem humectet. Quòd autem non alat, antea eſt dictum. Quo fit, vt neq3 facultatem vitalem roborare poſſit. Atq3 ea eſt cauſa, propter quam Hippocrates ad mulſam, oxymeli, & vinum ſe contulit, in ægris ab aqua abſtinens. Iam igitur ob eas cauſas nunquam ea quis vtatur. Vtuntur tamen & alij quidam medici, atq3 etiam Hippocrates: ſed hic minus, cæteri magis. Nempe, quòd cæteris perperam vtantur, circumuẽti, ad aquam ipſam recurrunt, quæ non inſigniter, quod præter animi ſententiam ſuccedat, habet, quando ne virtutem quidem. Sic enim Eraſiſtratus dicebat, Fortes tum ciborum tum potuum facultates tempeſtiue quidem aſſumptæ maximum iuuamentũ: intempeſtiue vero maximam offenſam afferunt. Quem autem vitioſum eſſe dico, tum oxymelitis, tum mulſæ, tum vini vſum, is quidem oritur & ob repentinas mutationes, vt ipſe oſtendit, & magna ex parte ob ſynceram, quæ à medicis fit, perm iſtionem. Cum igitur ſeni cuidam ægrotanti quotidie vinum aquoſum exhiberem, quidam ex huiuſmodi medicis præſens, me vini minimum aquę ipſi inſtillantem contemplatus riſit, ęgrumq3 vinum non bibere, ſed duntaxat videre dixit, non ſanè intelligens miſtionis vini, quod gratia voluptatis datur, ad aquam aliam eſſe ſymmetriam, & aliam eſſe eius, quod ad opem ferẽdam miniſtratur. Nam vini omnino mini-*

* Al. manum. D *mum veluti excitãtionem quandam, quæ ad diſtributionem aquam trahat, permiſcemus, quo duntaxat aquę tollamus ſynceritatem, non autem aquam vinum faciamus. Sunt autem plerique ex ſanis, qui vinum aqua dilutum bibant, ſed in his aquam guſtatu ipſo euincere non oportet, ſed vinum: in ægrotantibus vero adhuc magis, ita vt pauca ſit vini repræſentatio. Sic & de oxymelite pauloante dicebat, aquoſum laudans: Quòd item tutius quiſpiam ea vteretur, quæ aquoſa eſt mulſa. Nam ſyncera puraq3, niſi ventrem ſubducere anticipauerit, magis nocebit, & potiſſimum in amaræ bilis hominibus, & his, quibus præter naturam tumefacta ſunt viſcera: in quibus & aqua detrimentum affert, cum plus iuſto in hypochondrijs morata bileſci t. Nempe & præter hæc omnia, quæ habet mala, ſtercoris adhuc expers exiſtens, nullo pacto aluum ſubducit. Aquam autem in principijs acceſſionum potam lædere, (quod manifeſtauit, cum dixit, Quam ſi pedibus frigentibus quis aliquãdo biberit, ea his omnibus multo magis nocebit) eorum eſt, quæ omnibus & nota & certa & confeſſa ſunt. Quando igitur bibi idonea eſt aqua: Cum ſcilicet potu ſolo æger vſus fuerit, nondum accepto ptiſſanæ cremore. Tunc enim in potionum aliarũ medio aquã tẽpeſtiue quis ingeſſerit, & præſertim cum ſiticuloſus æger fuerit. Nempe eam πλημμυρίδα quandam, id eſt humidi cuiuſpiam copiam abundantiamq3 facere ait. Quo fit, vt inter mulſam oxymeliq3 parum aquę exhibeat, quòd ijs, quæ expui debẽt, conferat ad humectationem. Immo,*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

& cum vinum grauiter nocet, tunc aquam propinant. Quonam autem pacto id enunciaturus sit Hippocrates, audiemus. E

Cum vero in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem vel mentis læsionem suspicatus fueris, à vino penitus est abstinendū: aquamq; tunc dare oportet vel vinū aquosum, flāuumq; & prorsus inodorum, atq; ab ipsius potione, aquæ exiguum superbibendum. Nā hoc modo vini potentia caput mentemq; minus tentabit. 41.

*ὑφρῦν, quē superius vertere fuluū, Gelliu giluū vertit.

Mens tentari lædiq; dicitur, cum æger febre correptus desipuerit. Nunc ergo mentis læsionem desipientiam dicit: in qua vino abstinendū præcipit. Parí modo & in vehementibus capitis dolo ribus. De vtroq; antea est dictum. Sed impræsentiarum, vbí in prædictis symptomatis à vino oīno abstinendum prędixit, consequenter aquosum flāuumq; oino, & quod odore careat, dandum ait. Aquosum quidem & inodorum dare bene dicitur, sed flāuum non admodū recipio. Nā ad ea aquosum albū melius existit. Etiam vero in eam gratiā, cū vina talia sunt, superbibēdā confestim aquam tutius præcepit. Minus. n. (inquit) vini robur, quod vehemens est, caput mentemq; tenta bit: ἀπῆλθεν quidē verbo vsus sibíipsí vsitato consuetoq;, quo ἄφυ τῶν φρενῶν. i. mentis læsionem, ab huiusmodi verbo, quod ἄφεως nomine hominibus vsitatius est, sese fecisse ostēdit. caput autē mētemq; vino tentari ait, q̄ propter caliditatem celeriter ad caput feratur, feruentesq; in corpore se- F cum ferat humores. Qua autem ratione caput male afficit, ea & mētem. Nam in capite sapere ipsum situm est, & ea animæ pars, quæ ratiocinatur.

In quibus autem maxime aqua vtendum sit, & quando valde multa, & quando modica, & quando gelida, & quando calida: partim quidem antea dictum est, partim vero suo tempore dicetur. 42.

Erasistratus quidem in libro de febribus malitiose satis criminatur Hippocratem, discipulos ip sius prope accusans Apollonium & Dexippum: quos ait cereos cyathos duodecim in sextantali cotulæ cyatho effinxisse, atq; vnum ex his vel duos febrientibus admetiri. Verū Hippocrates nō hic solum, verum quoq; & in ante dictis potionibus oībus copiosius largius've manifeste vti vi sus est. Quod & in præsenti dictione liquido ostendit inquiēs, In quibus aūt maxime aqua vtendum sit, & quando valde multa. Nam & τὸ κάρτα πολλῷ, τὸ λίαν πολλῷ. i. valde & supra modū multa significat. sed sanè satis erat dicere multam aliqñ dari aquam sine adiectione aduerbíj huius κάρτα, in ostensionem malitiæ Erasistrati, qui de Apollonio & Dexippo mentionem facit, nec vllum horum librum ostendere potest: nec Hippocratem ipsum intellígit aperte dicentem, Et quando vtendum valde multa. Quinetiam & superiore oratione mulsam inter oxymeliq; aquam porrí- G gens vtilem esse ait, q̄ πλημμυρίδα. i. humiditatis abundantiam parit. Scripsit & antea de mulsa & oxymelíte aquosis, quòd os humectant, & vrinas cient, non vtiq; cyathum horum porrigens, sed quantitatem insignem, qua & os humectari, & vrinæ cieri, &, quæ pulmonē infestent, expuí possint. Præterea & de oxymelite ita scripsit, Quòd si potum hoc & quidem multum per totum morbi tempus profuturum existimaueris, adíjciens hic multum. De malitia itaque Erasistrati aduersus Hippocratem dicta hæc sufficiant. Cæterum recordemur Hippocratem, quo modo ante, ita & nunc polliceri se in morbis singulis propriam facturum doctrinam: cum hoc in loco victus instituendi artem non sufficienter conficiat: sed vniuersalia sola in exemplo morbi vnius, scilicet pleuritidis, prosequatur.

De reliquis potibus, cuiusmodi est hordaceus, & qui ab herbis viridibus, vua passa, vinaceis, pirís, cnico, myrtis, punico, & alijs parantur, cum horum aliquo vti intempestiuum fuerit, in morbo ipso scribetur, vbi & de compositis agetur medicamentis. 43. *tritico.

Habet quoq; suam & hæc dictio doctrinæ alterius, quæ de morbis singulis sit, promissionem. Verum, quícquid sit, liquido constat vel libros, qui de singulorum acutorum morborum curatio H ne ab Hippocrate scripti sunt, non extare, vel prorsus non scriptos. Hi siquidem, qui nūc circūferuntur, præstantiæ Hippocratis non sunt. habēt tamen multa, quæ mentem ipsius oleant: veluti, & quæ huic libro adiacent ab eo, qui de balneis est, sermone. Sed, vt dixi, de singulis in horum ex positione commodius disseremus.

*ἄρμενα. τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἔτι θερμαινομένου τοῦ ὕδατος ἐν λέβησιν ἐπ' ἐγχεομένου τῶν ἐμβάτων τοῖς πυέλοις, ἐνδεῖξιν αχει. quorū verborū sententiam optime vidē expressisse vetus tralatio. significant, q̄ hoīes adhuc, q̄n volebāt balnea ri, calefaciebāt aquam in vasis, & fundebāt eā in tinam, deinde sedebant in illa tina.

DE BALNEIS.

Balneū in pleriſq; morbis confert: In his quidem perpetuo, in alijs vero nō: estq; quādo minus vtendū sit, quòd im paratum homines habeant. Nam in paucis domibus parantur nēcessaria, reperiūturq;, qui rem, vt oportet, curent. Quòd si exactē quiſpiam non lauetur, non mediocrē incurret noxā. Tecto siquidem est opus, quod fumo careat, copiosa item aqua, & crebra lauatione: sed quæ immediocris non sit, nisi res ita postulauerit. 44.

Balnea huiusmodi, temporibus Hippocratis nondum parari videbantur. Nempe dicere paucis in domibus parari necessária, & reperiri, qui rem probe curent, opusq; præterea tecto esse non fumoso, copiosa aqua, & quæcunq; deinceps dixit: † q̄ item in domibus calefiat adhuc intra lebetes aqua, labrisq; insundatur, argumentum habet. Quòd autem in fine dictionis ait, crebra opus esse lauatione, sed quæ immediocris non sit, nisi res ita postulauerit, si vtique memoria non excidat, in

† Nam ipse dicet, quinā fiat, qui &c.

dat, in sequenti doctrina obseruabimus. † Nam ipse inquiet, Sūt, qui immediocrí aliquando egēt lauatione: id autem est, cum æger multa, dum lauatur, perfunditur aqua. Quod si dicere ipse nō videatur, nos ipsi non simpliciter quidem, neq; vt inciderit, sed cum eorum, quę ab ipso scribuntur, consequentiæ obseruatione percunctabimur. A

45. *Neq; etiam abstergere oportet. quòd si aliquando abstergendū sit, calido aliquo, atq; multiplici plus, quàm existimetur, vtendum absterſorio, perfundendaq; aqua multa, & celeriter posť perfundenda.*

Nullus æger, cum lauatur detergi expostulat, nisi sordidus sit, & prurítu vexetur. Nempe, qui ægrotant, aqua citra laborem omnem læsionemq; prolui debent. Deterſio autem purgamentis fit tum mordentibus tum siccantibus. quo fit, vt ea tum virtuti tum vsui balneorum aduersissima sit. Si vero æger detergi debeat vel propter sordes vel propter prurítum, vim medicamenti deterſorij multa admista aqua, immisso quoq; oleo exoluere oportet. Quocirca inquit Hippocrates, Atq; multiplici plus, q̄ existimetur, id est, q̄ sanis consuetum sit, vtendum absterſorio. Nō. n. substantiam medicamenti absterſorij in ægris multiplicem accipiendam præcipit, cum non absterge re magis, q̄ abstergere velit: sed deterſorij quantitatem in ægris multiplicem fieri iubet per aquæ adauctionem. Ea siquidem ratio detergentia quoq; vitare præcipit non excitante vel sorditie vel prurítu, acribusq; ipsis & syncerís non vtendum. Sicut autem multitudine aquæ admistæ exoluit detergentis medicamenti acrímoniam, eodē modo totius deterſorij vim exoluit, superinfundens statim multam aquam calidam puramq;, atq; deinceps aliam.

*Αἰ. μίξιν ideſt mixtionem. B

46. *Via ad solium brevis sit.*

Cōmune id est, siue in balneo hoīem laueris, siue in domo aliqua extruxeris pyrā, et labrū aqua impleueris. Quod & nunc in castris fit sæpius, cū lauari quempiam deficiēte balnei loco oportet.

47. *Facilisq; tum ingressus tum egressus.*

Prorsus siquidem citra fatigationem lassitudinemq; ægrum seruare iubet. atq; ob id solium facilem tum ingressum, tum egressum habere voluit. Id proculdubio fiet, si paries, qui aquam continet, neq; sublimis, neq; angustus fuerit. Maxime autem laudabile & à labore omni alienum est, quod in aquarum sponte nascēntium conficitur lauacris. Nempe solia humilia ita depressaq; prope omnes conficiunt, vt nihil solíj pauimento, quod prope est, emineat.

48. C *Qui lauatur, componat sese, taceat, & nihil agat: sed cæteros tum perfundere tum abstergere sinat.*

Hæc quoq; prædictis similiter, vt æger non laboret, conferunt. Nempe & ægrotantis quies, vt corpus in balneo tum laxius tum mollius reddatur, est idonea. Nam, cū mouetur corpus, musculi tenduntur, tensi vero minus tum molliuntur, tum relaxantur.

49. *Multæ quoq; aquæ misturæ parentur.*

Cum Hippocrates inquit, καὶ μετακέρασμα πολὺ ἁτοιμᾶσθαι. i. multæ quoq; aquæ misturæ parētur, potest vnico legi verbo, μετακέρασμα, atq; intelligi hæc præpositio μετὰ per se, & seorsum κέρασμα. Nam Hippocrates non in hoc solum libro, verū et in alijs, lonum more per defectū vti præpositione μετὰ videtur. Plene aūt atq; integre ita legetur, καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἁτοιμᾶσθαι, id est multæ quoq; post hæc aquæ misturæ parentur. Siue aūt quis vno intelligat verbo μετακέρασμα, siue distinguat distrahatq; pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, vna est dictionis vtriusq; intelligentia. vult siquidem misturā parari, eū, qui in labro lotus est, perfusurus. quod medici huius temporis, oēs efficere consueruerunt, cum ægrum lauerint. Neq; enim in solium frigidum ingredí permítD tunt, sed tepida perfundūt aqua. Alíj labra tota aqua huiusmodi replent. Nam, vt corpus, tum laxius, tum rarius, calida lauatione est redditum: ita rursum quiete paulatimq; contrahere ipsum, et cogere, & densare in animo habet. Nempe id ad virtutis robur confert, facitq;, vt nō facile homo lædatur, nisi subita q̄dam in ambiente aere fiat ad frigidum permutatio. Ob id, qui rectè valent, à balneo calido sese in frigidam proíjciunt aquam. Sed, qui ægrotant, contactum frigidæ non sustinent citra læsionem. Quapropter frigiditatem calidæ mistione frangimus. Mistionis aūt quātitatem inueniemus, in primis, quidem si corporis affectionē inspexerimus: deinde et propriam labo rātis naturam, ætatemq;, & anni tempus, & regionē, & præsentem cœli statum. Melius aūt faciēt, qui à calido balneo tepidas non minus trium generum aquas, quæ inter se differant, parabunt: vt prima quidē admodū tepida sit, secunda vero minus: & tertia adhuc, quæ magis ad frigidū declinet. Tale aūt quippiam vellevísus est Hippocrates, cum præcepit misturas parari. Nempe, quod paratur, id non simpliciter modo multum, verum & varium multíplexq; esse est melius, vt paulatim à calido ad frigidum procedatur, cum subitam ad contrarium mutationem æger non ferat.

*λΥ. ſi.

50. *Celeresq; faciant perfusiones.*

Ταχείας. i. celeres, referre oportet, non ad eam solum, quæ in perfusione fit, actionem: verum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quoque & ad illud, quod actiones interiacet, ſpatium: Vt primam inter perfuſionem ſecũdamq; E
parũ ſit interualli. Quòd ſi quis proprie nominauerit, non ταχέιας. i. celeres, ſed πυκνὰς. i. frequentes, dixerit. Quanquam apud veteres vſus horum nominum πυκνοῦ & ταχέως confundatur. Nam aliquando πυκνὰς, id eſt frequentes actiones, ταχέιας, id eſt celeres vocant.

Et ſpongijs pro ſtrigili vtantur. 51.

Neq; ſtrigilibus in ægris ipſis, neq; ſpongia medici huiuſce temporis vtuntur, ſed à balneo eos linteo contegunt: alij veſtibus & potiſſimum pũris, vt plurimũ ſudent, obuoluunt. Sed non ſemper ægrum ipſum à balneo copioſe ſudare conuenit. Nempe ſæpius laborantem ad balneum non vacuandi corporis gratia ducimus: ſed prorſus cõtrariam ob rationem, vt ſcilicet humectetur, madeſcatq;, quod immoderatius exaruit. In talibus igitur neq; intus in balneo ſunt expectandi ſudores multi: ſed quàm citiſſime labri aquam ingredi, & poſtea egreſſos reſiccare expedit. *ἀγνέωτοις.

Et non valde ſiccum perungant corpus. 52.

Oratio hæc ſuccedit quidẽ huic, Et ſpõgijs pro ſtrigili vtanť. Sed, q ſermonis proprietatẽ contẽ
platus fuerit, is de vnctionis in balneo vſu intelliget, ne eorũ, quæ de neceſſitate dicenda ſunt, qp F
piã prætermiſſum eſſe videať. Nã, vbi poſt balneũ ſpõgia aquã deterſit Hippocrates, obſcurũ quidem eſt, ſi corpus vnxerit: bene tñ ægri corpus, cũ humidum exiſtit, nõ perungendũ eſſe cõſtat: ni ſi quiſpiã dixerit, qp Hippocrates hoc ipſum oleũ, quod cũ aqua eſt, reſiccet. Eſt igitur vtile, vt de vnctionis in balneo vſu diſcutiatur: ſed neceſſaria magis eſt ſuper vnctionis tempore diſcuſſio, ſi oleũ perfundere cõueniat, vel vbi, q lauatur, ſudauerit: vel cũ ſiccus adhuc eſt, confeſtim, vbi ſeſe exuerit, & prius, q̃ ſudauerit: vel horũ neutrũ fuerit, ſed vbi humeſcere cœperit. Sanè, quicũq; eorum meminit, q̃ de olei facultate in ſimpliciũ medicamentorũ tractatione dicuntur, is exacte nouit optimum eſſe olei vſus in ijs, qui lauantur, tps, quod tertio dicitur loco. Nouitq;, quonã pacto calfactum corpori exhibere conueniat. Nempe id corpus mollius reddit laxiusq; cũ frigidũ ſuo contactu non ſolum horum neutrum efficere natum ſit, ſed et eos, qui lauantur, frigentes reddat.

Caput vero ſpongia, quoad maxime fieri poterit, reſiccare oportet. 53.

Quòd in balneo caput curioſe reſiccandũ ſit, vt ne minimum quidem ſuperſit humiditatis, ne
quaq̃ eſt ambiguum. Nam, quicquid relinquit, refrigerare conſueuit. Nõ tñ, à ſpongia vt fiat, effici poteſt, niſi ſtatim ab initio poſt miſturarum vſum. Capitis tñ aquam linteo reſiccare eſt melius. G

Neq; caput ipſum mõ, verũ & extrema, & quamuis aliã partẽ corporis à frigoris iniuria prohibere conuenit. 54.

Dixiſſe id per ſe ſeorſumq; parum eſſe mihi videtur. q. n. pars nulla omnino nuda eſſe debeat, cum à balneo aquam eorum, qui lauãtur, reſiccant, conſtat liquido omnibus. Nam, quę ita denudantur partes, cito eas refrigerari nemo ignorat.

Lauari quoq; is non debet, qui nuper vel ſorpſit vel bibit. 55.

Non in ægris modo, verum quoq; & in ſanis, nullus confeſtim à cibi vel potus ſumptione lauari debet. Nã, qui biberunt, his caput repletur. qui vero cibũ ſumpſerunt, his non caput modo, verum & corpus totum, alimoniam ad ſe prius, q̃ concocta fuerit, trahens.

Neq; confeſtim à balneo ſorbendum, neq; bibendum. 56.

Sedata, quæ ex balneo eſt, turbatiõe, tum eſſe tum bibere melius eſt, veluti & cõpoſita ea, quę ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus vel potũ ſumere, caput replet, deuoratumq; interdum ſuperfluitare facit. H

Magni autem admodum pendere oportet, ſi æger, cum recte valuit, balneum valde affectauit, & lauari fuerit aſſuetus. Nempe tales magis appetunt, iuuanturq;, cum loti fuerint, adeo vt lædantur, ſi non fuerint loti. 57.

Demonſtrata ſunt hæc per totum ferè horum commentariorum ſecundum, vbi dictiones expoſuimus, in quibus parte prima conſuetudinum vires enarrauit.

Peripneumoniæ autem magis, q̃; ardenti febri, cõfert. Nam lateris pectoriſq; & dorſi mulcet dolorẽ, ſputũ maturat, educitq;, & ſpiritũ facilem reddit. Laſſitudines tollit, mollit articulos & cutem per ſumma apparentẽ, vrinas ciet, capitis ſoluit grauitatem, & nares humectat. {*Tot ergo inſunt balneo bona, quibus omnibus eſt opus. Cæterum, ſi in apparatu re vna vel pluribus defectum ſit, metus eſt, ne nõ proſit balneũ: vnũ ſiquidẽ horũ, quoduis fuerit, ſi à miniſtris non, vt oportet, præparetur, valde lædit.*} 58.

Quare peripneumonias magis', quàm febres ardentes, iuuet balneum, oſtendit Hippocrates, cum inquit, Nam lateris pectoriſq; & dorſi mulcet dolorem, ſputum maturat, educitq;, & ſpiritum facilem reddit. Ob hæc etenim omnia peripneumonicis maximo eſt præſidio. Sanantur ſiquidem, qui contenta in pulmonibus ſputa expuunt. Pleuritici quoque ob doloris mitigationem

Anem valde iuuãtur. Quappter duorum alterum: nempe vel ita ſcribendum, Peripneumoniæ autem & pleuritidi magis, q̃ ardẽti febri, confert: vel in peripneumonia pleuritidẽ ſubaudire oportet. Nam pleuritis dolorem in latere habet: Peripneumonia non habet. Cæterum, cum peripneumonijs magis, quàm ardentibus febribus conferre balneum inquit, docet quoq; & æſtuantibus quibuſdam auxilio eſſe. verum oratio hæc diſtinctionem expoſtulat, quam nõdum efficere poſſumus, quia tempus, quo lauari ægrotantes velit, non definierit. Vbi autẽ ſequenti dictione enarrãtem Hippocratem, quoſnam haudquaquam lauare velit, intellexerimus, ad balnei tempus ita perueniemus.

59. *Qui in morbis aluum plus iuſto humidiorem habent, ij nõ ſunt lauandi, neq; hi, quibus magis, q̃; decet, detinetur, & ſoluta non ſit, neq; quibus vires languent, nec cibũ faſtidientes, nec nauſeabundi, nec bilioſa ructãtes, nec quibus ſanguis è naribus profluit, niſi minus, quàm decet, fluxerit, nec, quod decet, te latuerit. Nã, ſi minus, quã decet, fluat, lauabis, & ſi vniuerſum corpus in cæteris, et ſi caput dũtaxat iuuerit.* {*Si igitur apparatus hi cõuenientes fuerint, ægerq; fœliciter balneum ſuſcepturus ſit, quotidie lauare oportet.*}

Quibus complura per ventrem ſubducunť, his balneum ſiſtit, ea ad corpus vniuerſum reuel-
B lens: atq; hac occaſione detrimentũ affert. Quòd autem, qui nullo modo deiecerunt, eos antea vetuſtam fęcem euacuaſſe melius ſit, nemo ignorat: ſicuti, neque qp γεγνωμένους, hoc eſt, τοὺς καταλελυμμένους, id eſt quibus iam non vigent, ſed ceſſant vires, balneum amplius euertit. Ait præterea & ἀσῳδήεις, id eſt cibum faſtidientes, et nauſeabũndos haudquaquã lauandos. Nempe hos viribus ita defici metus eſt, vt ſuccedat ea, quę ſtomachica appellatur ſyncope. Succedunt his, quibus os ventriculi bile redundat, quos nota indicauit inquiens, Nec bilioſa ructantes. Pari modo neque eos lauare cõuenit, quibus profluit abunde è naribus ſanguis. † Nam, ſi minus fluxerit, lauare eſt conſentaneũ. Hi aũt ſunt, qui etiam largo egent balneo: vt ſanguis, qui in capite eſt, vehementius moueatur. Cõſimiliter lauabimus, ſi ſanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autem huius ſermonis, Et ſi vniuerſum corpus in cæteris, & ſi caput duntaxat iuuerit, clarius adhuc ſignificauit, quonam pacto ſæpius in domo calfacta ęgrum abſq; labro collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfundant aqua.

† Ex antiquis codic. græcis & ex tralatiõe veteri hæc addenda. immoderatiſsime enim ipſis profluet ſanguis.

60. *Lauandi autem cupidos ſi quotidie bis laueris, nihil nocebis.*

† Vide tex. 41. libri 2. vbi ad verbũ interpſ traduxerat. primis diebº quauis ſorbitione, nequaquã eos priuemus, quibus &c.

Qui Victori Romano principi librum de victus ratione Hippocratis tradidit medicus, is di-
C ctionem hanc & alias quaſdam decurtatas ſcripſit. ſicuti & illam, in qua dicit: † Non protelentur primi ſorbendi dies. Præterea & † Qui bis die cibum ſumere ſunt aſſueti, his bis dare oportet. Verum vtriuſque harum dictionum dimidiam partem ſubtraxit. ſed præſentis quidem nihil, tẽpus vero nõn adiecit, vbi φιλολουτροῦντας, id eſt lauandi cupidos, eos intelligit, qui cum ſani ſunt, lauari gaudent, atque ob id ſæpius lauantur. Nempe hi, cum lauantur, eum accipiunt, qui ex conſuetudine eſt, ſcopum. In ſequẽtibus autem ab Hippocrate tempus, quo ægros lauari velit, audiemus.

† Tex. 20. libri primi.

61. *Tutius autem longe balneo vti poſſunt, qui tota vtuntur ptiſſana, quàm qui ſolo vtuntur cremore. quãquam & ij interdum vti poſſint: minimum autem, qui potu ſolo vtuntur.*

Tempus, quo lauãdum ſit, hoc in loco patefecit Hippocrates. quod ſi ab initio pronunciaſſet, multa ſanè, quæ loco medio dicta ſunt, non obſcura & ambigua eſſent. Ptiſſanam ſanè totam porrigunt ijs, qui mitius quietiusq; habent: ſolum vero cremorem ijs, qui deterius degunt: verum ijs, qui periculoſius acutiusq; laborant, potus ſolos. Quòd autem toto in hoc commentario de thoracis pulmoniſq; affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morborum partibus & præ
D ſertim pleuritidis vniuerſalia præcipiẽs, ſæpius eſt demonſtratum. Eſt expoſitum quoque, quonam pacto coctis morbis ptiſſana vti velit. Eo igitur tempore etiam balneum ſine periculo cõciliatur, vtpote quod ad ſputorum, quæ in thorace & pulmone continentur, expurgationem maxime conferat. Qui igitur ita habẽt, &, quæ ex conſuetudine eſt, acceſſerit indicatio, his lauationẽ duplicare nihil prohibet. Ait præterea balneum ἥκιστα, id eſt minimum iuuare eos, qui ſolo vtũtur potu. vbi ἥκιστα ἐλάχιστον. i. minimum ſignificat, & non, vt quidam aiũt, οὐδ' ἁμῶς, id eſt nullo pacto. Nam inferens, inquit,

† Hęc verba in cod. antiqs & ĩ tralatiõe veteri, cõiungũtur cũ ſuperioribº verbis Hippocra. ita vt vnũ dũtaxat ſit cõment.
†Nõ ſunt ĩ veteribº cod. nec in tralatione veteri.

62. †{*Sunt aũt & ex his, qui vti poſſunt.*}†{*Ex his autem, quæ ante ſcripta ſunt, quoſnam in ſingulis viuendi modis iuuaturum ſit balneum, & quos non, conijcere oportet. Nam, quibus aliquid eorum, quæ balneum & bonum reddere & iuuare poſſunt, deeſt: hos lauare non expedit. Quibus vero nihil deeſt, ſignumq; adeſt ipſis, in quo lauare conueniat: lauare oportet.*}

Non adiecit autem, quando hi balneo vti poſſint, ſed nos, qui ſententiam ipſius ſequimur, dicemus. Potum ſolum his exhibet Hippocrates, quos acuti infeſtant morbi, vbi vires ad morbi vſque vigorem, qui interdum cum ipſa coctione exiſtit, veluti in morbis thoracis, pulmoniſq;, ſuffecturas ſperauerit. Coctis ſiquidem, qui affectum progignunt, humoribus, confeſtim excreabunt.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

bunt. Quòd ſi, qualia oportet, ſolum expuere cœperint, in neutro adhuc modorum neq; in affectu, neq; in ſymptomatis morbus augebitur. Nam ſæpius affectio ipſa, qua laborant, mitior quidem exiſtit, ſed ſymptomata augentur, vt in phlegmone obſeſſis particulis quo ipſe ingt modo: Cum pus conficitur, tunc dolores & febres fiunt magis, q̄ cum factum fuerit. Sæpius autem mutuis exultant incrementis decremētisq; ſymptomatū magnitudines, et ea, q̄ affectionis eſt: fitq; id in his phlegmonis, in qbus pus effluit, quod iā eſt confectū, vt in vulneribus quibuſdam fieri conſueuit, & in peripneumonijs pleuritidibusq;. Poſſunt ergo in his morbis & hi, quibus potus ſolus vſui eſt, non inutiliter lauari. Nempe dolorem ipſorum balneum mitigare ait, & ſputa maturare. Sed ſanè vacuato priùs corpore id factitandum. Sciuerisq; in vniuerſum de balneorum viribus, q̄, ſi non antea vacuato corpore exhibeatur, membris affectis fluxionem parit: vacuato autem ſi exhibeatur, coctionem iuuat. Nempe corpore toto ante vacuato adhibitum, aduacuatoriam obtinet facultatem. Quo fit, vt ex febre ardente laborantibus, his tātum opituletur, qui ſine tumore vel phlegmones vel eryſipelatos laborant, feruente in ipſis per totū corpus bile. Quòd ſi coctionis ſigna habuerint, his multo magis conferet. Verum, ſi ardens febris ob ſalſam pituitā putrefactam oriatur, aduerſiſſimum illis eſſe balneū ſcire oportet. Neq; enim pituitoſus humor, vt bilioſus, per cutim euacuatur, propterea q̄ tum craſſus tum glutinoſus ſit, neq; extinguit̄ lōga egens concoctione.

Non ſum immemor verborum Hippocratis, quę in principio libri huius hoc refert pacto: Quę aūt medicum ante animaduertiſſe ægro non referēte oportet, plurima dimiſſa ſunt. Hæc ſiquidē, qui Hippocratem dogmaticum eſſe putant, locos affectos eſſe dixerunt, & affectiōes ipſorum, & cauſas. Sed, qui Hippocratem empiricum eſſe exiſtimant, anni tēpora eſſe, regiones, ætates, & ambientis nos aeris conditiones affirmauerunt. Hæc equidem omnia, tum quæ à dogmaticis, tum q̄ ab empiricis dicuntur, vtilia eſſe non ignoro. Verum ſcopos multos hoc in libro recenſens Hippocrates, ad quos quis reſpiciens victus formam inuenire poſſit, nullius eorum, quæ dicta ſunt, præter quàm conſuetudinis, mentionem fecit. Sed ſanè non nulla, quæ reminiſcentiam exigunt, præpoſuit. Atq; ob id ſermonem ſum remoratus, vt hac, quæ breuis ſit, interpretatiōe eos, qui totum legerunt librum, habeam ſermonis huius per intelligentiam aſſecutores. Vnus ſanè & præcipuus ſcopus, tanquam in exemplo pleuritidis, talis in dictiōe ab Hippocrate enarratur: Siquidē ſiccior fuerit morbus, quàm vt quiſpiam putauerit, non multum dare oportet, ſed ante ſorbitionē vel mulſam, vel vinum, vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit. Poſt hæc dein ceps ait, At, ſi os madeſcat, &, q̄ à pulmone expuuntur, talia ſint, qualia eſſe oportet, ſorbitionis quantitatem, vt dicam ſummatim, augere conuenit. Verum tum hæc, tū quæ ſerie continuata dicuntur, non ſunt à gnidijs ſententijs definita. Poſt hæc & morbi coctionem animaduertendā eſſe ait Hippocrates, qui ſanè ſcopus totius propemodum eſt Hippocrati ſpeciei victus inſtituendæ, atq; earum, quæ in ea particulariter fiūt: permutationum. Alias quoq; & ſubinde apponit definitiones, quæ tales ſunt: Quibus enim cibus ſtatim incluſus eſt, ſiquis non vacuato eo ſorbitionem dederit, dolorē, ſi adeſt, adaugebit, &, ſi non adeſt, protinus inducet. Et amplius. Præterea, ſi lateris dolor aſſiduus eſt, calidisq; fomentis nō remittatur, ſputumq; non procedit, ſed extreme citra coctibilitatem glutinoſum ſit, niſi quis dolorem vel alui ſubductiōe, vel ſecta vena pro vtriuſuis ſignificatione ſoluerit, ptiſſanam autem ita affectis dederit, præcipitem aget in mortem. Proinde & rurſus definiens, ait, Si nuper paſto cuipiam, & alui oneribus haudquaq; purgato febris vel cū dolore, vel ſine dolore inceperit, à ſorbitione tantiſper eſt temperandū, donec cibum ad infernam inteſtini partem deſcendiſſe coniectum ſit. Tum rurſus: Si nuper cibato cibus prior non deſcenderit, virtusq; valida fuerit, & floruerit ætas, ſubluere oportet: Si vero virtus imbecillior fuerit, balano eſt vtendum, niſi aluus ſua ſponte probe deiecerit. Adiecit ergo in hac dictione eum, qui à virtute eſt, ſcopum, veluti in ſequentibus ſæpenumero & id conſiderari præcipiens, quænam cauſa & affectio ſit, quæ virtutem proſternant: vbi & hoc à medicis ignorari adiecit. Præterea adiecit, q̄ ijs, qui dolorem ad hypochondrium pertinentem habent, ea, quæ per talia medicamēta fiat, auxilio ſit purgatio: Cæteris autem, quibus dolor vel grauitas ad brachium vel pectus extenditur, venæ ſectio. Hæc igitur & reliqua huiuſmodi, quæ item de conſuetudine dicta ſunt, à gnidijs medicis omnino ſunt prætermiſſa, multoq; magis naturæ & corporum temperamenta, de quibus ſæpenumero in hoc libro egit, hos picrocholos appellans, alios melancholicos. His ſcopis inhærens ac inſiſtens de ea, quæ tum in ſanis, tum in ægris fit, victus ratiōe agit, quonam pacto & emendare & corrigere oporteat, demōſtrans. Præterea & in eo, quē de vino, oxymelite, & aqua facit, ſermone ſcopos recenſuit eoſdem. Meminit quoq; & coctionis morbi ſæpius, non paruum ſcopum vniuerſæ victus rationis, earumq;, quæ in ipſa fiunt, mutationum hunc faciens. Parí modo & in morbi vigore quippiam dixit, ad quem reſpiciens, non tanquam ad abiectiſſimum in victus rōne ſcopum, alimoniam miniſtrat. Cuncta hæc & reliqua talia à gnidijs medicis prætermiſſa ſunt, quæ medicum ante animaduertiſſe non dicente ægro oportet.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS QVARTVS.

ARGVMENTVM.

Liber à quopiam ex Hippocratis diſcipulis, multis diuerſiſq; theorematis inordinateq; diſpoſitis conflatus, quorum plurima ad acutos morbos videntur pertinere.



* ἀκριβείας.

VÆ in libro de victus ratione poſt eum, qui de balneis eſt, ſermonem ſcribuntur, iure optimo plericq; medicorum Hippocratis non eſſe ſunt inſpicati. Nam ab ijs, quæ ante ſcripta ſunt, & vi interpretationis & theorematum integritate lōgo diſcedunt interuallo. Neq; tamen abs re moti ſunt, qui & Hipocratis non eſſe exiſtimauerunt. Nempe eorum, quæ ſcripta ſunt, ſententia propoſitum ipſius mētēq; vſq; adeo redolet, vt diſcipulum Hippocratis aliquē ſcripſiſſe ſuſpicio ſit: immo & ex his multa dictionem vnà cum ſententia ita abſolutam inculpatāq; habent, vt rurſum & ea ab Hippocrate ſcripta eſſe ſuſpicandum ſit, vtpote qui librum cōponere, vbi ſingulariter morbi cuiuſq; acuti curationē doceret, vt in libro de victus ratione in morbis acutis proſequerat, ſeſe apparauerit. Præterea & alias in præſenti libro reperies dictiōes, quæ Hippocrate ita indignę ſunt, vt legitimis iuſtisq; adſcriptas eſſe ſuſpicari te oporteat. Sicuti & in aphoriſmis ipſis quidam huiuſmodi viſi ſunt, partibus libri vltimis adiecti adſcriptiq;. Qui enim interſerunt, quia multis in memoria ſunt primæ librorum partes, vltimis adſcribunt. Quod & in libro de capitis vulneribus factum eſſe videtur, & in ſecundo de morbis vulgaribus. Nec ſecus in eo, qui nūc nobis proponitur, libro reperimus, q̄ interſeruntur, atq; adhuc magis partibus vltimis. Cum igitur quatuor, vt quiſpiam dixerit, in eo reperiantur genera, vnum quidem & dictione & ſententia Hippocrate dignum, alterum autem altero ſolum, vel dictione vel ſententia, nō nulla vero horum neutro: in ſingulis eorum, quæ ad expoſitionem nobis exprimentur, dictionibus idipſum declarabimus.

1. *Cauſus, ideſt febris ardens, fit, cum venulæ tempore æſtiuo exiccatæ acres & bilioſus, quæ tenues ſint, trahūt ad ſe humiditates, quas ἰχῶρας vocant.*

Æſtiuum anni tps dixit calidum et ſiccum, ſiue vltimo vere fuerit, ſiue prima æſtate, ſiue media vel extrema, ſiue primo autūno. Quòd aūt aeris nos ambientis temperamentū diſpoſitionē corporis ſecum mutet, ſiccū quidem ad ſiciorem, humidū vero ad humidiorē, in cōmentarijs Epidemiorū eſt demonſtratū. Quòd itē et anni tps mediocre et temperatū naturalē ſeruet tēperaturam, cæteris, quę in vniuerſa victus lege agūt homines, modo habentibus ſimili. Demōſtratū pręterea & corpus, quod à naturali moderataq; cōditione ſeſe alienauit, cōmutauitq;, id, pp quod alienatū eſt & cōmutatū, ob illud peculiari egere auxilio, vt arefactū humectatione, humectatū exiccatione, calfactū refrigeratione, & refrigeratū calfactione. Cū igitur ob aliquā rerū, quarū exēpla dicit Hippocrates, circūſtantiā venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, à vicinis partibus trahunt hæ humiditates. Si ergo, q̄ ad arefactas venas feruntur humiditates, vt ſubſtātia humidam naturam, ita & vim humectatoriam habuerint, pars naturalem commoderationem recipit. Verum, ſi humiditas qualitate acris fuerit, & facultate ſiccatoria, corpus incenditur: vt ſi ex nobis quiſpiā ſiticuloſus effectus liberaliter biberit vel vinū, quod, qa aqua marina largior miſta ſit, tethalaſſomenon dicunt, purū, vel aquā ſalſam. Scio equidē me aliqn ex æſtiuo itinere ſiticuloſum reddītū bibiſſe vini veteris paulo ſincerioris calicem vnū, atq; ex eo ſitim magis auxiſſe, non placaſſe. Vt igitur nos, quanq̄ mēte, quę appetitum moderet, prędīti, interdū quidē negligētius, interdum aūt & incōtinentius, atq; etiā, cū in prōptu melius nō ſit, ad potum aliquē, qui & ſalſus et acris ſit, puenire cogimur, ſic & venarū facultas attractoria ppetuo vicinis ex ptibus humiditatē attrahit, ſubſtātiā ipſius, qualiſnam ſit, nullo pacto diſcernēs. Ratione etenim caret, qua qppiā ex meliori ſcrutari poſſit. Sed, vt pueri brutaq; ad caſu oblatum humidū, cū ſitiunt, irruunt, hoc pacto & illa. Si ergo in vna quapiā corporis parte affectio ea fiat, in ea ſolū, qui eryſipelas referat, affectus quiſpiam erit. Verū, ſi venę totius corporis ſupra modum exiccatæ calidas carnoſis è partibus humiditates traxerint, i toto corpore fiet, quæ cauſum referet, affectio. Cauſus vero propriè dictus non caliditatis, quæ per totū fit corpus, præſtat modo vehementia, verū quoq; & ſiti. Nam ſitis in eo vehemens eſt, & incompeſcibilis. Deeſt ergo præſenti dictioni ſingularis de cauſi genere ſermo de partibus, quē nos nuper adiecimus. Nēpe in vna corporis parte, quæuis illa ſit, interdum cauſus gignitur, interdum & toto in corpore. Verum, cum in toto fit corpore, ſitim

omnino

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

omnino parit:cum vero in vna parte,non de necessitate,nisi pars ipsa sitim pariat. Omnium aũt E
primum & maxime id facit os ventriculi,deinde ventriculus, atq; ab eo stomachus, post pulmo,
& subinde ieiunum intestinum. Vtrum igitur ita tãtumodo sit causus,vt dixit, cum.s.acres & bi-
liosas,quæ tenues sunt,humiditates ad se traxerint venulę? An'ne & carne id patiente erit causus,
siue in parte vna,siue toto in corpore pati eam contigerit? Ostendimus etenim eam vim habere
eorũ, quorum indiga est, attractoriã. Præterea & fieri potest, vt modo altero similis affectio fiat:
Modum alterum dico,cum ex validioribus partibus ad imbecilliorem aliquam mittantur excre-
menta. Nempe,ꝙ membris singulis vt attractoria, sic & expulsoria insit facultas, est declaratum.
fieri ergo potest,vt interdum quidem ex parte vna,interdum vero et ex pluribus acres & bilioſę,
quæ tenues sint,humiditates exacte ad dictas fundãtur particulas,quę scilicet imbecilliores sunt.
Quòd Hippocrates ἰχῶρας,tenues humiditates appellet,liquido constat.

Febris quoque vehemens habet,corpusq; veluti ab offearia lassitudine habitum laborat,doletq;. 2.

Febris ergo vehemens habet, propter naturam tenuiũ humiditatum, quas & acres & bilioſas
ait.Nępe his superueniunt febres vehementissimæ.i.quæ multam & acerrimã habent caliditatẽ.
Sicuti & pituitoſos sequuntur succos,quæ & minorem & minus acrem habent. Laborat autem F
corpus totum lassitudine vlceroſa propter tenuium humiditatum acrimoniam.Sed de lassitudi-
num omnium differentijs absolute in libris de tuenda valetudine est tractatum.

Fit autem magna ex parte longum ob iter,longamq; sitim,cum venulæ arefactæ, acres calidasq; fluxiones ad se traxerint. 3.

Tum in principio dictũ est,tum rursum hoc in loco adiecit verbum hoc arefactæ: procatarcti-
cas appellatas causas,veluti exemplo,manifestans ζ primitiuas nunc dicunt.} Siquidẽ calidę oẽs
& siccæ causos progignere possunt.Scio equidem non nullos ob liberalem vini, quod tethalasso
menon vocant,potionem causo fuisse correptos: Veluti & alios ob salsamentorum salsarũq; car-
nium atque aliorum quorundam salsorum vsum immoderatum. Alius ex ambulatione & æstu
veniens,primum quidem lauit se,deinde domum perductus,† vini misti plus bibit, cœpitq; pro- τχεῖ πιὼν ὄινου
tinus affici causo:alius autem ob iram,& alius ob vigilias causum incurrerunt. ματα· τὴν κρά-
σιν ἔχοντος τὸ
πλέον.

Fit quoq; & lingua aspera,sicca,& valde nigra, ventrisq; morsu dolet, deiectionesq; & liquidæ & pallidæ fiunt: vrgetq; sitis vehemens,& vigiliæ,atq; interdum mentis aberratio. 4.
G

Percurrit hoc in loco,quæ causum subsequuntur, quæ συνεδρεύοντα, id est considentia siue cõ-
sistentia vocant. Sunt autem hæc: lingua sicca,aspera, & nigra,ventris morsus,deiectiones palli-
dæ, vehemens sitis,& vigiliæ,interdum quoq; & desipientia. Lingua sanè arescit, ꝙ tota corporis
affectio sicca sit & calida, febrisq; ipsa talis. |Ventris vero morsus propter tenuium humiditatũ,
quæ illuc confluunt, acrimoniam oritur. Deiectiones autem pro succi redundantia. Liquidasq; eas dixit, nullo pacto concoctas exprimens. Coctio enim omnia cogit incrastatq;. Qui au-
tem ita habent,vigilant ob siccitatem. Nempe humiditatem immoderatam profundas ad som-
num delationes (græce cataphoras) multam vero siccitatem vigilias procreare est demonstra-
tum. Accedit quoque & ab alijs symptomatis fatigatio † quæ ob vigilias efficitur. Desipien- †Al. quę est cã
tiam autem fieri sciuimus ob eam, quæ ad caput recurrit, bilem,& ob temperaturæ caliditatem vigiliarum.
siccitatemq;. Quòd autem, vbi quispiam bilem simpliciter dixerit, amara significetur,antea est
enunciatum: ꝙ item bilem eandem & pallidam & flauam appellent. Vt ergo nihil eorum,quæ
ad causum bilioſum spectant, prætermissum videtur,nisi ꝙ nõ solum sit per attractionem,sed &
per tenuium humiditatum effluuium,sic inordinate scripta quædam sunt. Nempe ex ijs, quæ di-
cta sunt, quædã sunt symptomata causum indicantia,q̃ προλογνωμονικὰ dicunt,alia vero συνεδρεύον- H
τα.i.consident. Verum,quę causos procreant,alia quidem προηγούμενα.i.antegredientia, alia ve- *In aliqbus an
ro προκατάρχοντα.i.præincipientia à medicis appellantur. Omniũ autem,quę dixi,prægrẽdientiũ tiquis hęc vox
symptomatum,potes tibi, vt lubet, catalogũfacere.Sed, qui librum hũc scripsit,à prægrediẽtibus non habetur.
fecit exordium. Venulas etenim exiccari pgrediens causa est. Deinceps aũt, cum præincipientia,
vt ambulationem longam et sitim dicere debuit,nõ ea dixit,sed ex ijs,quę affectũ indicant,quip-
piam dixit,vt febrem vehementem. Debuit & hic sitim vehemẽtem adijcere, quam postea simul
cum alijs,quę considentia vocantur,symptomatis dixit:quorũ quædam aliquando,alia perpetuo
causis insunt.quod & ipse ostendit inquiens, Interdum aũt & mentis aberratio. Nã, interdum,pp-
petuo opponitur.Ego autem dico & vẽtrem morderi & bilioſa deijcere non esse ex ijs, quæ per-
petuo causis insunt.Nempe, quòd vehemens morbus sit, motusq; acrium & tenuiũ humiditatũ
ad interna sit,propterea hæc contingunt,ijs quidem,qui ventrem heparq; causi veluti sedẽm ha- * ἑστίαν.i.focũ.
bent: Verum ijs,qui pulmonem veluti sedem habent,hęc nõ admodum contingunt, sed quæ de
lingua dicuntur, & desipientia magis. Difficulter etiam & hi spirant,ea scilicet,quæ densa & ma-
gna est, spirãdi difficultate,efflantq; cõtinẽter os aperientes,igneiq; spiritus effusione leuant.ve-
rũ totam spirandi difficultatem prætermisit,quã in prognostico dictã ostẽdimus. Cæterum inor-
dinate

A dinate symptomata linguę recensuit.Nempe debuit primum siccam dixisse,deinde asperã.Nam
ob immoderatam siccitatem lingua aspera redditur:vt,si aspera sit,omnino & sicca existat.Quòd
autem ob caliditatem immoderatam nigrescat,vt his,quibus cutis sole vsta sit, iã ante didicimus.

5. *Huic aquæ,mulsæq; coctæ & aquoſæ quantum voluerit,bibendum dabis.*

Liber hic, etsi Hippocratis non sit,antiquus tñ est,quippe qui legitimo operi iam Erasistrati tẽ
poribus adiectus fuerit. Quapropter mirãdum,quonã pacto Erasistratus calices cereos in Apol-
lonium & Dexippum retorsisse ausus sit. Nam,qui librum hunc scripsit, mentem Hippocratis
Erasistrato melius intelligens,causo laborantibus, quãtum placet, bibere concedit. Demonstra-
uitq; & in legitima voluminis huius parte ita sentire Hippocratem. Sed de Erasistrati malitia sa-
tis hæc sint.Et iam scrutemur,quæ in oratione dicuntur.Præcipit siquidem neq; aquã solam,neq;
mulsam solam his propinandam,qui causo laborant.Scis etenim aquam,ꝙ natura frigida sit, tar-
de penetrare,& quàm plurimo tpe in hypochondrijs manentem corrumpi in acutis morbis: mel
aũt facile bilescere.Ob id mulsam aquosam dari iubet,vt aqua,nulla in superiore ventre facta mo
ra à misto melle ad distributionem trahatur. Ob eas causas & coctam ipsam exhibet. Nempe,q̃ꝫ
B cruda, sitim magis arcet,& flatu magis vacat,vrinasq; magis ciet,vt, quæ cruda est, deiectionem.
Minus siquidem acris,quæ cocta est, non solum, ꝙ in coctura peragatur conficiaturq;: verum ꝙ
& spumosum ipsius omne tollatur. Nempe,quod acre & flatuosum existit,in mellis est substan-
tia:Cocta autem tum morsu caret,tum flatu vacat,distribuiturq; melius,q̃ per intestina descẽdat.
quo fit,vt eam ob causam magis alat,q̃ cruda. Cæterum,qui ita laborant,citra ptissanæ succũ mul-
sa nutriendi sunt. Sed,quod in acutissimis morbis solos exhibere potus oporteat, in libri huius
non spuria parte est prædictum. hæc omnia,quæ ad præsentis orationis expositionem pertinent,
ijs,qui & ante legerunt,& meminerunt eas,quæ in illis factæ sunt, expositiones, ad hũc modũ &
dicta sunt & dicentur.

6. *Quòd si os amarum fuerit, vomere confert,& ventrem subluere.*

Bilis amaritudo,amarum os reddit.Nempe communem vnamq; efficiunt tunicam,& quę vẽ
tri interna est,& omnis ea,quæ os subungit. Nõ ergo sine ratione sermonis huius scriptor bilem
tum per vomitum,tum per clysterem euacuat.

7. C *Verum,si ad hæc non aperiatur,lacte asinæ cocto purgabis.*

Quòd omnino quidem eam,quę in ventre est, bilẽ vacuare præcipiat,timeat autem purgantia
medicamenta,ꝙ & acria & calida prorsus existant,ob id ad lac asinæ diuertit, vtpote quod nullã,
vt non aliud vllum, habeat acrimoniam,sed præ omnibus vnum humiditate exuperet,atq; ob id
solum ventrem subeat. Præcoquit autem ipsum ob flatus. Sed sanè solo vti sero poteris, per oxy-
meli ipsum, vbi lac ante coxeris,separans: vas ænẽum frigida plenum aqua continenter in lac de-
mittens. Nam,& hæc si probe fiat demissio,serum à caseo separat.
* Al.argẽtum. & ita etiã Dio scorides.

8. *Salsum autem nihil neq; acre exhibendum,non enim descendet.*

Salsus succus qualisnam sit,ex sale apparet. De acris autem tum substantia tum facultate dictũ
est in quarto simplicium medicamentorum. Piper siquidem,sinapi,pyrethrum, † & quæcunq; vi
† Clarius. & q̃- ribus calida sunt,acria quoq; gustantibus apparent. Quo fit,vt tum acria tũ salsa, tanq̃ causum au-
cũq; sunt eiusmodi, virib⁹ ca gentia, vitare iubeat. Hæc aũt acribus magis siccant, quanq̃ illis non similiter,sed minus calfaciãt.
lida sũt,et acria
gustãtibus ap-
parẽt.

Sorbitionem vero, nisi iudicationes transierint,non dabis. 9.

D Sermonem ita,vt robustam esse virtutem subaudiendum sit,intellige. Nempe hoc pacto Hip-
pocrates doctrinam facit magna ex parte,quæ singulis in scopis præcipiuntur,scribens. Atq; ita
deinceps semel dicens,comparare inter se,quæ demõstrata sunt, consideratis ipsorũ viribus opor
tere. Quòd vero sorbitio ante iudicationem dãda nõ sit,si virtus sufficit,in prima huius libri,quæ
legitima est,parte est demonstratum.

10. *Et,si è naribus fluxerit sanguis,soluitur ægritudo,atque si sudores superuenerint,iudicatorij legitimi cum vrinis albis crassisq; & læuibus subsidentijs.*

In acutis febribus quod ex sanguine feruet,ad caput fertur. cum igitur rescissis ruptisq; venis
natura idipsum vna cum aceruatis vaporibus effuderit,cęteris promptius dominatur et imperat.
Pari modo,& cum per sudores eas,quæ tenues sunt, humiditates expulerit,morbum sanat.si vti-
que morbo iam cocto superuenerint. Nam de re huiusmodi iam sępius in alijs explanatorijs cõ-
mentarijs est dictum,atq; in ijs,qui de iudicationibus sunt cõfecti. Vt igitur in prima libri huius
parte,quam oẽs legitimã fatentur,eũ, qui à morbi coctione est,scopum ad victus rationẽ commo
dissimũ accepit,sic & nunc adprædictionem. Subticuit quidem coctionis nomen:sed cõstantissi
mam ipsius notam in vrinis scripsit. Optima igitur vrina est,quæ albam & læuem habet subsidẽ-

tiam,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

tiam,vt in prognostico est demonstratum.Necq tamen ad spem salutis semper apparere expostulabis,cum, si enœωrema naturali tum colore tũ substantia commodum videris, satis tibi fuerit.Et iam his ita habentibus in interpretatione exuberauit dictio.Nam ob dictas vrinas cõstat & sudores iudicatorios esse, quapropter & frustra adiectum.Legitimi præterea nõ proprie in ipsis dicitur.Nam ℈m morborum formas talem inferre consueuerunt appellationem cum alij medicorum probatissimi,tum Hippocrates ipse. E

Et si abscessus aliquis factus fuerit. 11.

Rarissime ꝑ abscessum iudicatur causus,atq; adhue magis, si citra partis corporis adiectionẽ,recensionem quis fecerit.Nempe parotidibus,{id est abscessibus,q post aures fiũt},causos aliquos scio iudicatos,sed non legitimos.Id autem paulo post condisces post expositionem.

Verũ,si absq; his soluatur,reuertetur ægritudo, uel coxa,uel crus dolebit, expuetq; crassa,si sanus est futurus. 12.

Vbi de sanguinis eruptione sudoreq; egit,si absq; his causus desierit,suspectam ait esse solutionem.Nam paulo post reuertetur. Erit siquidem, ait, in recidiua crurum dolor vel coxæ, spuetq; crassa.Nempe, q iudicandus sanguinis eruptione, vel sudore, vel abscessu opus habeat,potest qs arbitrari recte dictum esse,si dictis adiecerit,quæ curationi intendens ipse scripsit,vomere scilicet præcipiens,atq; aluum subducere,potumq; aquam & mulsam aquosam coctam comministrans. Quare,si cum his quidem & sanguinis eruptionem,& sudores,& abscessum causum soluere quis dixerit,aliàs autem solui non posse,sermonem fortasse ἐνωτικῶ , hoc est iustum æquumq; dicere videbitur.Iustum autem æquumq; dico, quasi mediocriter vera loquẽtem, atq; priore magis, nõ tamen integrum absolutumq; prorsus.Necq enim verus est sermo. Nempe, quod in aphorismis dicitur,A causo habito rigore superueniente solutio,verissimum existit. Rigorem autem hunc de necessitate sequitur interdum quidem sudor solus, interdum vero & bilioſorum vomitus solus,atq; interdum deiectio sola:sed plerunq; ex dictis tribus duo fiunt, & rursum quandoq; tria. Nempe horum duorum de necessitate alterum in causo fit,si perfecte solui debeat. Nam bilioſi humores vel perfecte vacuabuntur, vel extinguentur.Prætermissa itaq; videbitur præcipua causorũ sanatio,frigidæ scilicet potus,quo causos perpetuo curauimus,nullo ex his moriente,quibus frigidam propinauimus in tẽpore opportuno : cuius expositionem priore quidẽ libri huius parte paucis percurrimus,at in cæteris tum commentarijs tum operibus fusius. Sed forte quispiam me asserere putabit nullum ex ijs,qui causo laborant,moriturum,qui aquam tempestiue biberit, quanquã id non asserui, sed q omnibus,quibus propinaui,cum adeo multi extiterint,vt numeri non meminerim,succesſit auxilium & salus:quod idẽ non est,vt si diceres causo laborantes omnino,si frigidam biberint,seruandos.Nam,qui pernicioſe insalubriterq; habent, eos necq per aliud quippiam,necq per aquam seruari est possibile:quibus necq ministrare sum conatus . Quod autẽ in fine dictionis narratur, Expuetq; crassa, si sanus est futurus, in his tantum causis obseruare debes,qui passo pulmone oriuntur. F G

Causi genus aliud.aluus soluta,sitis magna,lingua aspera,sicca,salsa. 13.

Veteres Græcos reperio nomen generis interdum in homonymis.i.æquiuocis vsurpare : homonymis inq̃,quæ vnum quidem habent significatum,sed ex ipsius diuisione ad plures deducũ tur differentias.In quo sæpius dicere consueuimus genericas rei huius differentias esse vel duas, vel tres,vel quatuor,vel quotquot esse possunt.Sed, cũ & homonyma duplicia sint, aliqua quidẽ nullo pacto inter se communicantia,vt cum canem dicimus & terrestrem,& marinum:alia vero, quæ cum synonymis.i.vniuocis,aliquatenus cõia existant,cum ab vno factam appellationem haH buerint,{ad quam interdum referãtur:considerandum,vt dictum est,duo esse causorum genera. quod exacte quidem cognoscetur,si substantiæ vtriusq; ratio,quæ in appellatiõe est, ostensa fuerit.Sed,qm̃ à mentis conceptu ratio iudicium accipit,perscrutandum,si mentis conceptum causi ita consonum habemus, vt hominis,bouis,& equi.At,cum oratio commentario prolixior futura sit,tum ipsam tum cæteras ad breuem contrahere summam conabimur,hoc exorsi modo. Febrem causum medicos reperio appellantes,cum vrens caliditas sitisq; incompescibilis hominem torquet.Quod si ita habet,causum eum, in quo corpus nõ vritur,sitisq; leuis sit,causum quidem simpliciter,exquisitum autẽ legitimũq; non dicemus.pro dimidia aũt parte cũ talis sit, breuioris doctrinæ gratia causum nothũ appellare haud perperã fuerit. Quo aũt mõ tertianis in febribus appellatione huiusmodi vti consueuimus,ita duo causorum genera esse intelligemus,vt tertianarum genera duo esse quispiam dixerit,vnum exquisitum legitimũq; : alterum vero nothum spuriumq;,cui videlicet ex legitimi quidem symptomatis non nulla insunt,aliqua vero non. Quòd autem secundus causus,de quo in hac parte docere instituimus,tanq̃ diminutus quidam sit, atq; non exacte absolutus,certior fies,si mentem ad ea symptomata,quę à scriptore ipso in eo fieri dicuntur,conuerteris.Nempe principio ait,Aluus soluta,sitis magna,lingua aspera,sicca,salsa, non eo adiecto, quod in priore adiecit.Nothus siquidem causus ex legitimi symptomatis alterum qdem

†quo tandẽ referant duo causorum genera, cõsiderandũ.

Adem habet,alterum non.Deinceps autem linguam asperam esse inquiens & siccam , non adiecit nigrã, quo modo in priore:sed pro hoc symptomate salsam dixit.Nempe, vt, cum lingua amarulenta redditur,flauam redundare bilem ostendit:ita,cum salsa,salsum salsuginosũmq; appellatum humorem,qui vnum existit ex pituitæ generibus:quæ tria sunt,vt tibi inotuit, acidũ scilicet,dulce,& salsum.Quo modo igitur prior causus ex amara bile cõstans,pallidas geminã ob causam parit excretiões,tum q tenuis fuerit,tum q febris vrens augeatur,prænata in eo,quæ flaua est, bile: sic pituitosus humor necq facile excernitur,necq febrem auget,necq sitim ardentem habet, neque in spiritum vertitur, vanescitq;:atq; ob id de eo dixit, aluus soluta , excernere ipsam solum ostendens,quod ipsi non excernere aduersatur . subit siquidem his venter , non tamen secundum humoris cuiuspiam formam speciemq;:sed ijs, quæ in alimentum ministrata sunt , corruptis . Non enim hi potu regũtur,vt quàm plurimi eorum,qui in priore infestãtur causo.Nempe hi citam habent excretionem,ex tenui scilicet & feruenti humore constituti:Serã vero alij ob frigidam gluti nosamq; & crassam pituitæ substantiam.Fieri ergo nequit, vt, qui ita laborãt , solo vtantur potu. Id siquidem didicimus in his morbis,qui in quinta vel septima die valida existente virtute coctio nẽ sunt recepturi. Verum, si morbus ad nonum vel decimumquartum vel vigesimum sese prorogaturus sit,in eo circa initia ptissanæ cremore vtimur. B

14. *Vrinæ interceptio.*

Dici id ab ipso cõsueuit, vel cum non effatu digna, vel nullo pacto emittitur vrina.fit autem in instituto præsenti sermoni causo propter humoris crassitiem.

15. *Vigilia.*

Causo vtriq; hoc commune est,atq; ob id in priore mentionem huius fecit . fit siquidem in illo magis,q caput accendatur,inflammeturq; magis.

16. *Et refrigerata extrema.*

Symptoma hoc secundi est causi.Verum sermonem nõ simpliciter efferre cõuenit,sed cum definitiõe aliqua.Neq; n. perpetuo talis existit,at cũ malignus fuerit . Nempe in bilioſis vrẽtibusq; febribus,caliditatem ad extrema vsq; corporis extendit,etsi nõn malignus causus fuerit. At in pituitoſis fumoſa est caliditatis substantia,cum.s.vel in vẽtre, vel hepate vel pulmone salsus humor putruerit,ob quam quidem caliditas ignea redditur.Verum,si malignus euaserit morbus , refrigerantur extrema ob virtutis imbecillitatem,phlegmonesq; totum ad se sanguinem trahẽtis magnitudinem.Nam abiq; his nunquam letalis efficitur morbus. *Quidã cod. legunt affirmatiue. C

17. *Causus hic,nisi sanguis è naribus fluxerit, vel circa collum abscessus fiat, vel crus doluerit, & æger sputa crassa excreauerit,(hæc autem adstricta aluo fiunt) vel coxarum dolor, vel pudendi liuor superuenerit,non iudicatur: testis quoq; intensus iudicatorius existit.*

Quòd soluantur per abscessus magis,quàm per excretiones,quæ ex pituita putrescente oriuntur febres,sæpius est demonstratum . At in præsenti causo non abscessus modo commemorauit, verum quoq; & sanguinis profusionem adiecit,magisq; in his causis, quorum sedes in pulmone existit.Nempe in huiusmodi affectiõibus caput incalescens,sanguine repleẽ, effunditq;,quod ex eo redundat,tum ruptis,tum adapertis venis.Ob eãdẽ causam circa ceruicẽ abscessus fiũt,& paro tides ijs,qui ita afficiuntur. Verum,quibus affectionis sedes in ieiuno vel hepate existit,deorsum magis fiunt abscessus.qua efficitur ratione,vt coxæ doleant,pudendum liueat,testiculusq; his tẽdatur,qui ita afficiuntur.Fit autem testis intentio interdum ab ea,quæ in eo sit,inflammatione,in terdum quoq;,quia à quopiam eorum,quę superius inflammãtur,attrahitur.Quosdam aũt eorũ, qui in pulmone afficiũtur,crassa expuere cocto iam morbo diximus.Ex eo igitur liquet doctrinã cõfusam esse inordinatã & indefinitã: quod, tametsi eã, quę τῶν συγγραμμάτων.i.librorũ gratia fit, ὑποτύπωσιν.i.subfigurationem deceat,libro tamen nullo pacto est peculiare propriumq;.Nã, cũ multis membris passis tales fiant febres,deinceps & ex ordine symptomatum catalogum scribere oportebat,& non inordinate indefiniteq;, sed secundum peculiarem propriumq;, & propositũ morbum efficere.Et sanè in hũc dictum est modum, aluus soluta, non q causis symptoma hoc perpetuo insit, sed vt interdum.Nam, quibus venter ita, vt dictum est, afficitur , his corrupto cibo deiectiones liquidæ existunt. Verum,quibus pulmo ita habet,ventre haudquaquam patiente,his deiectiones huiusmodi de necessitate non fiunt,cum interdum modo contrario ita affectis D te,his deiectiones huiusmodi de necessitate non fiunt,cum interdum modo contrario ita affectis te,his deiectiones huiusmodi de necessitate non fiunt,cum interdum modo contrario ita affectis dura aluus contingat,& difficulter excernãt.Præterea{set quibus in iecinore causi subest radix} & qui ob iecur causo laborant,ijs,quæ excernuntur,interdum quidem liquida existunt, & interdũ sicca,veluti q̃ σκυβαλώδη appellant, {quasi caprarũ stercori similia excremẽta dixeris} cõbustis scilicet à visceris phlegmone siccioribus & quasi in nucleum formatis excrementis, σκύβαλα Græci vocant.Cum igitur viscus huiusmodi solum phlegmone obsidebitur, id efficiet. Verum, si cum phlegmone fuerit & imbecillitas,liquida deijciuntur,viscere scilicet alimentum ad se trahere

† Hæc nõ habẽtur in antiquis codicibus.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Colegio Mayor del Rosario de la Cuid. de Stta Fee.

here nequeunte. Sed deiectiones hmõi ab ijs, quæ vẽtre affecto fiũt, chylositate distinguũtur. E

Sorbitiones dato attractorias. 18.

Quod sæpius dicere sum solitus, cp. s. obscura lectio nihil doceat, id & nũc dicam. Nam, cq ex pituitæ vitio laborant, oxymelitis quidem potus his est cõmodissimus: sed alimentum ptissanę cremor. Ego tñ, quãq hoc noscam, nec opus habeã, vt ab alio discã, diuinare nõ possum, quasnã dicat attractorias sorbitiões. Oxymeli siquidem & secatorium, & incisoriũ, & absterſoriũ dici põt, attractorium tñ nullo pacto, quia sanè, quod ab ipso attrahatur, demõstrare nõ possumus. Ad hunc modum neq; ptissanæ cremorẽ attractoriũ esse asseremus. Sed forte quispiam dicet velle ipsum ventrem subducere attractorijs. i. quæ crassum trahũt succum, cuiusmodi est, quod pituitã trahit. At vero sorbitiões nõ dixisset. Nẽpe hoc munus medicamẽtorũ est & nõ sorbitionũ, sicuti neque potuum. Innotuit ergo, quonã pacto i obscuris dictiõibus nihil certi cõpertiq; habeamus. Quapropter neq; dictionem hanc defendere conabimur, cp nihil in ea certum finitumq; reperiat. Cæterũ nõ mihi cõstat, quonam homines pacto, vt in alijs multis manifeste errent, sic & in eo, quòd ijs, quæ obscure dicuntur, gaudeant: quãquam oẽs vno fermè ore perspicuitatem orationis virtutem esse, obscuritatem vero vitium proclament. F

In acutis morbis sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur, floruerit q; ægrotanti ætas, & virium adfuerit robur. 19.

Sermo hic nimirum Hippocrate est dignus. Subitq; mihi in admirationem, cp inter aphorismos eum non scripserit, cum in paucis verbis vis magna comperiatur, quod aphorismis vsu euenire solet. De his ergo, qui sanguinis egent detractione, frequens apud medicos fuit sermo. Quorum quæ de ea detractione maxime probabilia videntur, duobus à me scriptis secure sunt enarrata libris. Quorũ alter de sanguinis detractione inscribitur: in quo, quæ commodant, omnia docentur. Alter scriptus est, vt dixi, medicis tum empiricis, tum dogmaticis. Verũ amethodi, id est ab omni methodo alieni Thessalij, vti & cætera sine demonstratione simpliciter dicunt: sic & sanguinis detractionem χαλασικὸν, id est relaxatorium censent esse remedium. χαλασικὸν vero non vno exponunt modo, vt per commentarios nostros, cum de methodica secta ageremus, ostendi mus. Qui autem omnem de sanguinis missiõe historiam intelligere voluerit, legere tum nostros tum reliquorum medicorum libros potest. Nunc vero summam ipsam in paucos tandem relatã scopos audi. Sãguinem etenim primum detrahes, si magnus tibi videatur morbus.† Tali autem G remedio vtitur propter vehementes affectus, quod à qualitate desumitur. Neq; refert, si vel vehementem vel magnum morbum dixeris. Secundus sanguinis detrahendi scopus est: si æger ætate floruerit. Neq; enim puer, neque senex sanguinis sustinent detractionem, etiam si morbus, quo ipsi laborauerint, magnus fuerit. Tertium scopum non prætermisit libri huius cõscriptor, qui facultatis vitalis robur existit. Neq; n. in ijs, qui ętate florent, cum languent, perpetuo robur apparet. Quã ob causam quis forte duo hæc sola, p scopis detrahendi sanguinis satis esse autumabit, magnitudinem scilicet morbi, & virtutis robur. Neq; enim senex, cp annosus sit, per se, sed propter virtutis imbecillitatem nõ fert sanguinis detractionem. At certe pueri, quãquam vitali facultate valeant, tamen neq; hi sanguinis sustinent missionem. Prompte enim eorum substantia tum propter humiditatem, tum propter temperamenti calíditatem euaporatur. Detractione igitur sanguinis non egent, qui insitam naturalemq; habent à temperamento vacuationem. Ob eam causam scoporum sanguinis detrahendi numero non satisfacere videntur magnitudo morbi, & virtutis robur. Meliusq; feceris, si & florentium ætatem adieceris. Quod porro in frõte dictiõis dictum est, In acutis morbis sanguinem detrahes, vt cõsideretur, est dignum. Sed quo mõ lõgorum morborũ nõ meminit? Qm sanè de acutis nunc docet, atq; ob id solos eos memorauit. Nempe & H ex lõgis multi sunt, qui sanguinis egent detractiõe, cũ & hi dictis tribus subiaceant scopis. Cæterum, cũ oia hæc recte dicta sint, quosdam tñ nõ recte vsos fuisse est putandum. Quo è numero est Menodotus empiricus in sola plethorica appellata syndrome sanguinis missiõem obseruari asseuerans. Nos autem & ea nõ existente, venam secamus, cum dolor vehemens hominẽ statim prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsum sit, vel alius quispiam articulus cõtractus reductusq; sit. Neq; etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittimus, sed & frictiõe, & balneis multis, & abstinẽtia, quæ tribus vel quatuor diebus fiat, ad id, quod naturale est, reuocamus. Verum de his abũde tum in libro de plenitudine, tũ in libro de sanguinis detractione est pnunciatum, præterea & in libro de morbis curandis. Ad præsens ergo hęc de sanguinis detractiõe, veluti in cõmẽtario, dicta sufficiant. Verum, vt nihil desit, adijciam & eũ, qui ab ambiẽte nos aere desumitur, scopum, cum fuerit abunde calidus & siccus, ita vt cito ab eo corpus euaporetur. Nempe tunc à sanguinis missiõe abstinemus, etiam si morbus magnus fuerit, florẽsq; ętate homo. Id ergo auctor solum prætermisit, reliquis scriptis, atq; etiam patientis ipsius corporis habitum. Verum procedente oratione & mentionem habitus fecit: qui & ætatis differẽtias in se cõprehendere potest, vt ostendam.

†Co.grę. ipresſi habẽt φανερῶς ἀπὸ τοῦ νοσημένου πηλίκου τῷ βαθματι χρῆται διὰ τὰ ἰσχυρὰ πάθη i. Manifeste a perspecta quantitate tali vtitur remedio propter vehemẽtes affectꝰ. Antiq tamẽ fere oẽs, quos viderí, legũt διὰ τα μικρὰ πάθη, ꝓpter paruos affectus, & ita ẽt legit anti qua tralatio.

Porrò

20 A *Porrò, si angina fuerit, & si aliud quoppiam ex pleuriticis malum, eclygmate repurgato: at, si æger ob copiosam sanguinis missionem imbecilliior fuerit, clysmum tertio quoq; die ventri infundes, donec in tuto æger fuerit, & fame indigeat.*

Συνάγχη, id est angina, partium, quæ in faucibus sitæ sunt, phlegmone est, q̃ post sanguinis missionem repurgari eclegmatibus potest. i. quæ in partibus phlegmone obsessis continentur, per sputa euacuari possunt. Nempe corpus impurum excremẽtosumq;, quod vacuatur, iure optimo expurgari quispiam pronunciauerit. Cæteris autem acutis morbis omissis, de pleuritide mentionem facit, quo modo & in prima libri parte fecit. Si vero imbecilliór, inquit, æger tibi esse videbitur, vel propter sanguinis ablati copiam, vel ob aliam quamuis rationem, purgationis vice clysterem tertio quoq; infundes die. Nempe relaxato per sanguinis missionem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitiosum superfluit, per clysterem id euacuari iubet. Quòd autem scopus illi sit non solum alimenti excrementa subducere, verum quoq; & passum locum expurgare, palàm est. Quod vero finem orationis facit, Et fame indigeat. ijs, qui in primo libro à nobis demonstrata meminerunt, etiam manifestum euadit.

21 B *Obsessa inflammatione hypochondria non spirituum interceptione, septi transuersi intensio, vel spirituum protensiones, quibus orthopnœa sicca pus non subit: sed à spirituũ interceptione pathemata hæc superueniunt. potissimum vero & iecinoris dolores, & lienis grauitas, atq; inflammationes aliæ, & superiores septo dolores, morborũq; collectiones, quas σύσροφας dicunt, solui non possunt, siquis primum purgante vti medicamento aggressus fuerit.*

* Aſ. niſi *Nam venæ sectio in his præferenda venit. Deinde clysmis est opus, si vehemens & magnus fuerit morbus: si vero non, & postea medicamento opus sit, sanè id post sanguinis missionem secure & mediocriter porrigendum.*

Morborum, qui primum sanguinis egent missione, deinde ab ea purgari expostulant, catalogum facit. Primumq; inter omnes scribit, φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια, id est flagrantia flammantiaq; hypochondria. Neq; vocem hãc, φλεγμαίνοντα, ex Hippocratis consuetudine audias, velim. Nempe flammantes morbi omnes & calidi voce hac significantur: cuiusmodi sunt erysipelata, herpetes, & carbunculi, & quæ proprie phlegmonę appellantur. Verum recentiores medici omnes speciei flagrantium corporum vni vetus commune nomen indunt: vocantq; hoc pacto solum eum tumorem, qui renitens cum dolore & multa caliditate existit. Verum, cum & alij præter naturam existant tumores, vt scirrhus, & qui à recentioribus medicis œdema appellatur, (fuit siquidem &
C id aliquando commune nomen tumorum omnium præter naturam atque ipsius inflationis:) diximus quidem alibi, libro vno, de tumoribus præter naturam, verum impręsentiarum, vt cætera, ita & hoc summatim dicatur. Scirrhus quidem renitens tumor est, & doloris expers. Verum inflatio bifariam fit: Nempe collecto in quibusdam cauitatibus vel sensui expositis, vel ratione contemplabilibus flatuoso spiritu. Fuerunt sanè, qui aliquando tumores præter naturam in musculis secuerunt, tanquam pus in imo reperturi, sed nihil aliud, præter quàm spiritum, qui totam per carnem minutatim disseminatus esset, inuenerunt. Præterea & thrombi soli aliquando ab ijs, qui ita secant, vel viscosa humiditas vel mucosa est reperta: verum in talibus tumor vel ex thrombo vel mucore erat, carne ad hunc affici modum apparente, spiritus autem in ea per minuta est dissemi-
natus. Non igitur in præsenti dictione phlegmone obsessa hypochondria secundum assuetum Hippocrati significatum dicta esse videntur. Nempe quam mentem habebit, quod ipsi adijcitur, non flatuum interceptione, cum flammea caliditas in hypochondrijs, siue cum flatu fuerit, siue non, eandem habeat indicationem? Neque etiam ita dicere est visus, vt aceruatim coniunctimq; tum inflammationem, tum spirituum interceptionem fieri dicatur, cum id falsum sit. Nunquam enim spiritus interceptio flagrantem hypochondrio infert affectionem. Qui ergo hæc scripsit,
D Phlegmone obsessa hypochondria. dicere est visus, quæ in tumorem sublata sunt. Post hęc autem mentionem de septi transuersi intensione fecit: deinde et protensione spiritus. Septi trãsuersi intensio manifesta est omnibus: Sed spiritus protensos dicere visus est, veluti interruptos. De quibus in prima libri huius parte scriptum est, Spiritus offendens in ea, quæ extra fit, aeris delatione. Super quo in dictionis illius expositione est enarratum. Siccam autem orthopnœam dixit eam spirandi difficultatem, quæ sine sputis vel eductione per tussim vsque adeo vehemens est, vt inclinari citra suffocationem, qui ita afficitur, non possit. Quam fieri non ignoras ab angustia earum pulmonis capacitatum, quæ spiritum deferunt, quæ id patiuntur ſacentibus magis, minusq; stantibus, & profecto recte collocatis omnibus, quæ in thorace existunt partibus: quo fit, vt & orthopnœa appellitetur. Sed, cum ea interdum fiat ob visceris phlegmonen, vt in peripneumonijs, interdumq; & oppletis bronchijs, sanguinis missione ait egere eos, qui orthopnœa sunt affecti, eos inquam, quibus pus collectum non sit. Nempe, quibus pus collectum sit, eos puris vacuatione egere constat. Qui autem à spiritus interceptione (quod in angustiam acto pulmone fieri solet) hæc patiuntur, eos sanguinis missione iuuabis. Pari modo & iecinoris dolores splenisq; atque cæteras omnes inflammmationes sanguinis detractio iuuabit, atque vniuersas morborum collectiones, Græci συσροφὰς dicunt. Quòd autem morborum συσροφὰς dixerit eas, quæ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ab intumescentibus fiunt partibus, par est. Audio siquidem & nunc multos in Asia nostra tumo- E
res præter naturam omnes ita nuncupantes. In his siquidem prius, quàm sanguis mittatur, pur-
gationem interdicere oportet, quanquam & hanc quoque mentem rationemq; deinceps dicat in
ea, quæ sequitur, dictione.

Quicunq; autem ea, quæ inflammantur, statim morborum inter initia medicamento soluere conantur, ij non so- 22
lum ab intensa inflammataq; parte nihil adimunt, cum non cedat obsequaturq;, quæ adhuc cruda est affectio: ue-
rum quoq;, & quæ morbo resistentia & sana sunt, absumunt colliquantq;: ductoq; ad imbecillitatem corpore mor-
bus superior euadit: qui, ubi corpus uicerit, remedium non habet.

Hunc exposuimus aphorismum, cum illum exponeremus, Cocta medicari & mouere. atq; in
eisdem, quibus & nunc, symptomatis recte ad sanguinis missionem propius deueniendum præ-
cipit, ubi vitiosi aliqui humores in partem aliquam confluant atq; in ea aceruentur, quod ζ modo
quodam ζ vt dixi συρρέῳδαι, id est colligi, in ea parte dicitur. Quod autem in fine ante hãc scriptæ
dictionis scribitur, quidam dignotioni inaccessum efficiunt, nomen φαρμακείας in casu accusandi
pro genitiuo haud recte legentes ad hũc modum: ἀσφαλείας μὲν καὶ μετριότητος δεῖσθαι φλεβοτομίαν
μετὰ φαρμακίνην id est securitate & mediocritate indigere sanguinis missionem post medicamentũ. F
qua dictione significari volunt ad sanguinis missionem à medicamento veniendum. Verum in
tota dictione prius ad sanguinis missionem veniendum, deinde ad medicamentum præcipitur.
non autem è contrario, vt ij scribunt, assumendum medicamẽtum, deinde ad sanguinis detractio-
nem deueniendũ. Cætera dictionis dilucida his sunt, qui exacte dicta eius animaduerterunt.

Quòd autem quis repente obmutescat, id uenarum interceptiones occlusionesq; faciunt, si sano absque occasione 23
uel forti alia causa id contigerit.

Venarum ἀπολήψεις. i. interceptiones, appellat oppletiones, quæ à copia exoriuntur. Cum igi-
tur supra modum oppletæ fuerint venæ, premi virtutẽ grauariq; est necesse, atq; in extinctionis
agi periculũ natiuã caliditatem, quæ ob multitudinẽ copiamq; suffocationi quippiã simile patiẽ.
Oriuntur siquidẽ epilepsiæ, & apoplexiæ, & syncopæ cardiacæ. Nempe vno cõmuni Aphonię. i.
vocis carẽtię symptomate, symptomata huiusmodi significauit. Adiecit aũt orationi, Si sano absq;
occasione vel alia forti causa id cõtigerit. vbi πρόφασιν, id est occasionem, dicit causam euidentem
manifestamq;, vt sigs in lucta vel pancratio ex brachiorũ accõmodatiõe ad periculũ suffocationis
circunductus fuerit. Causam vero aliã fortẽ dicit, qualis vel timore vel maximo animi mœrore p- G
cussis accidit. In ægris autem vocis priuatio huiusmodi fieri potest, læsis duntaxat ijs, quæ voci ef-
formandæ subseruiunt, instrumentis, vel etiã ijs, quæ respirationi deputauit natura. Potest quoq;
contingere ob recentẽ quandã exolutionem & afflictionem virtutis. Vt aũt ab huiusmodi apho-
nijs vocisq; priuationibus eam distinguat, quæ orationi appolita est, adiecit, Si sano contigerit.

Venam igitur brachij dextri internam secare oportet. 24

Velocissime & plurimum ex ijs, quæ principes sunt partibus, vena ea corpus vacuat, atque ob
id in acutissimis morbis ad eam sese confert.

Sanguinemq; auferre inspecta secundum habitum ætatemque pluris minorisue ratione. 25

Superius, cum de scopis missionis sanguinis ageret, corporis habitum quidem omisit, sed hoc
in loco virium non meminit. Verum habitus nomen pro virtutis nomine dictum esse opinantur
non nulli, vna ex re duo dici perperam existimantes. Nempe habitum ad corporis cõstitutionem
referentes dicimus, vtpote cùm quis vel mollis vel durus fuerit; robur vero virtutis functionum
vehementiæ attribuimus. Ex quo fit, vt duo hi sint scopi, vacuandi quidẽ † indicationem, q; com H † Αἴ. κοινὴν ἔν-
munes sint, habentes, sed inter se differentes, veluti & ab ætate. Verum ætatem ipsam ad corpo- δειξιν. i. cõem
ris habitum referre est melius, & non virtutem. Nam pueris propter habitus molliciem, succi per- indicationem.
spirabili cute facile digeruntur: senibus vero non facile propter siccitatem & frigiditatem. Satisq;
esse tres hos detrahendi sanguinis scopos quispiam dicere potest. Indicationem euacuandi acci-
pientibus nobis & à morbi, qui curatur, magnitudine, & habitu, & virtute. Cuiusnam autem am-
biens nos aer esse debeat temperaturæ, inspiciendum esse est supra dictum.

Quàm plurimis autem horum accedunt hæc: faciei rubores, oculorum constantia, manuum porrectio, dentium 26
stridores, pulsus, maxillarum contractio, refrigeratio extremorum, & spirituum in uenis interceptiones.

Inter hæc, quæ deinceps accedunt, faciei solius, qui ante scribuntur, rubores sanguinis copiam * Αἴ. ἐξαίφνης
indicant. Succedit oculorum constantia, id est immobilitas & manuum porrectiones. Nempe & .i. repente
eas lædi ob neruorum principium contingit, sed aliter, quàm sit oculorum constantia. Nempe
ea veluti torporem quendam functionum in neruorum primordio indicat. Manuum vero por-
rectiones & dentium fremitus neq; ob quietem neque ob principij immobilitatem, sed propter
vitiatam motionem exoriuntur. Quid autem pulsus indicent, non omnino constat. Nempe ve-

teres

A teres in motionibus dolorem in membris inflammatis excitantibus, hoc promunt proferuntq; nomen: in palpitationibus quoq;: & præterea in vehementi arteriarũ motione. Maxillarum vero contractio conuulsionis est symptoma, manuumq; porrectiones et fremitus dentium. Extremorum vero perfrictio in huiusmodi affectionibus caliditatem natiuam ab humorum multitudine grauari ostendit. Quod autem in fine dictionis apponitur/ spirituum in venis interceptiones/ id vt de pulsus carentia (ἀσφυξίαν Græci vocant) dicatur, probabile est. Nam veteres, arterias, venas appellabant. Spirituum sanè interceptiones, quasi inclinationes & quietes ab auctore dici possunt. Sunt, qui sequentis dictionis alteram habentis sententiam principium constituant dictionem hanc. cui, quæ deinceps scripta est, coniungunt, copulantq;.

27 *Cum dolores acceſſerint, bilis atræ fluxuumq; acrium influxiones fiunt. dolent morſa interna, morſæq; atq; ad-*
modum arefactæ venæ intenduntur, trahuntq; inflammatæ, quæ influunt. quapropter corrupto ſanguine, nequeun
tibusq; ſpiritibus naturales pertranſire meatus infrigidationes fiunt ob ſtationem, vertigines, aphoniæ, capitis grauitas, & conuulſiones, ſi iam ad cor vel hepar vel in venam peruenerint. Hinc epilepſiæ, & paraplexiæ, ſi conti-
nentes locos fluxiones inuaſerint, atque ſpiritibus exire nequeuntibus exaruerint.

B Eiusdem cum prædictis generis est sermo, qui nunc effertur: quem & non nulli illis copulant. atq; ob eam causam bifariam verbum hoc προσγένηται. i. acceſſerint, scribi reperitur. Sunt. n. qui præsentem sermonem cum prædictis coniungant scribentes πρὸς syllabam cum σ elemento: alij vero non coniungunt, scribuntq; προ sine σ. Verum, quod in oratione dicitur, huiusmodi est. Dolorum motio influxionem humiditatum ad eam, quæ dolore vexatur, partem excitare consueuit. Cum igitur vitiosis succis corpus refertum fuerit, bilis atræ cæterorumq; acrium humorum influxiones exoriuntur, ob quas dolet æger magis, mordenturq; interna, grauanturq; morsæ à prædictis humoribus, quæ in affecto loco sunt venæ: idq; ipsum rei alterius causa redditur contraria. Nempe repleta à fluxibus huiusmodi, quæ afficitur particula, corrumpitur quidem in primis sanguis ipse, vasa vero opplentur, ꝙ in eo cunctas spirituum vias arcet cohibetq;. Nempe & id declarauit inquiens, Nequeuntibusq; spiritibus naturales pertrãsire meatus. quod sanè spirituum interceptiones paulo ante vocauit. Cum aũt sanguis steterit, atque cum eo spiritus, infrigidationes fiunt, vertigines, aphoniæ, capitis grauitates, & conuulsiones: qbus succedunt paraplexiæ, & epilepsiæ, cum in locos oppletas venas cõtinẽtes desederint ipsi fluxus. Locos dixit corporis partes, quas auctor ante scripsit, cor, hepar, & venam, quæ prædicta coniungit viscera: venã, inq;, postea à
C medicis cauam appellatam, ꝙ venarum omnium, quæ per corpus animalis disseminantur, latissima sit. Iure igitur sanguis in locis huiusmodi propter venarum repletionem spiritum penetrare non permittit, sed veluti in mortuo corpore coalescit, concrescitq;. quod & auctor ipse ostendit inquiens, Atq; spiritibus exire nequeuntibus, exaruerint. at proprie magis dixisset, cõcreuerint. Concrescunt siquidem, & quæ siccantur, & quæ refrigerantur. Nunc autem non propter exiccationem concrescit coalescitq; sanguis, & qui in ipsum influunt vitiosi succi. Nempe exeuntibus ipsis & flabellatis incorruptus & naturaliter fusus liquidusq; redditur sanguis. Verum, cũ manẽt, natiuamq; caliditatem respuunt extinguũtq;, is tanꝯ mortuo in corpore coalescit. Cum ergo ita affectis sanguis detrahitur, is frigidus crassusq; & vix effluẽs apparet, idq; propter huiusmodi refrigerationem. Interdum autem & toto corpore conuulsiones fiunt: interdumq; salubriter & cõmode. Nempe corpus totum quatientes, vniuersas calfaciunt partes adeo, vt multitudo partim p cutim digeratur, partim ad aliquam ex non præcipuis expellatur partem. vbi cum indissolubiliter impacta fuerit, paraplexiam facit. Nam, ꝙ eas, quæ apoplexia vel epilepsia ad aliquam ex nõ præcipuis partem irruũt, paralyses. i. resolutiones, Hippocrates ita appellet, est demonstratum. Interdum quoq; & facta absq; conuulsione apoplexia non nullis morbus in partis resolutionem finiD uit, qui paraplexia appellatur. Cætera dictionis sunt manifesta.

28 *Talibus sanè prius adhibitis fomentis, uenam confestim ab initio secare oportet, cum nondum fixa sint omnia,*
quæ contristant, tum spiritus, tum fluxiones. Facilius etenim remedijs patent.

Qui ita hñt, his ante fotus adhibere oportet, qm̃ coaluit ī ipsis sanguis, difficulterq; effluit. Sed, qm̃ & in fotu ipso fricatio fiat, facere, quod scripsimus, est melius: secare. s. internã cubiti venam. Non. n. semp ita concreuisse sanguis reperitur, vt effluere non possit. Fricandæ igitur in eo tẽpore multis ab hoĩbus cunctæ corporis partes, &, si mediocriter sanguis fluxerit, rursus fricãdę, superq; auferendus sanguis. Si vero non fluxerit, fricandæ quidẽ & fouendæ, donec fluxerit. Vbi vero in paraplexiam deſierit affectio, breui fricare expedit tempore & fouere: rursum fricare et fouere, donec citissime hæc desierint, dum fixi adhuc non sunt spiritus, & euacuationi contumaces.

29 *Poſtea reficere expedit, & habita indicationis ratione ſuperiorem uentrem, ſi non leuetur, purgare, inferiori ue-*
ro, ſi non deiecerit, clyſmum inijcere. Coctum deinde aſinæ lac dabis: bibetq; heminis duodecim non minus: et, ſi uir-
tus tolerauerit, ſedecim magis.

Ab ea, quæ per sanguinis missionem fit, vacuatione refici hominem roborariq; præcipit: vt,

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

si nihil leuatus videatur,ad eam,quæ per superiores partes, id est per vomitum fit,purgationem E
agatur. Verum purgans medicamẽtum neq; nominatim perstrinxit,neq; ipsius fecit delectum.
Nempe,q; ad morbi magnitudinem virtutisq; robur respicientes vel albũ veratrum,vel ex alijs,
quæ vomitum cient,quicquam exhibeamus,nemo ambigit. Quæ autem de aluo inferiore dicta
sunt,clara existunt,expositorisq; haud indiga. Neque admirationi sit lactis copia, cum antiquis
omnibus ita fuerit assuetum. Quòd autem lac asinæ propter humiditatem exhibeant,supra est di-
ctum:atq; amplius,quòd non coaguletur epotum,veluti quæ crassa sunt. At cum eo mellis quip-
piam salisq; miscere oportet.

Synanchus,id est angina,sit,cum hyeme vereque fluxio multa & uiscosa ad iugulares desluxerit venas, plurimumque hæ propter latitudinem traxerint spiritũm. Cum autem & frigida & glutinosa fuerit, spiritus obstruit permeationes,sanguinemque coercens,quæ uicina sunt, cõgelat,sanguinemque ipsum immobilem reddit,& stabilem,quippe cum frigida natura sit & obstructoria. ob id suffocantur liuente lingua,atque in rotundum acta, flexaq; propter eas,quæ linguæ subduntur,uenas. Nam præcisa uua,quam{non nulli}cionida,id est columellam,uocant,uena utrinq; crassa apparet. Cum igitur hæ oppletæ fuerint,linguæ,quæ ob siccitatem & sicca & spongiosa existit,innituntur. Lingua autem ui ex uenis humidum accipit,atque ex lata,rotunda,ex bene colorata,liuens, ex molli,dura,atque ex facile flexili,flectenti contumax efficitur. Eam ob causam cito suffocat,nisi cito aduersus eam pugnaueris. Sanguinem ergo ex brachijs detrahes,& venas,quæ sub lingua sunt,secabis,& medicamentis quibusdam attractorijs uteris,calida exhibebis gargarismata,caput abrades,ceratumq; tum collo tum capiti circũpones, lanisq; circumuolues,molliq; spongia ex aqua calida expressa fouebis. Bibet autem aquam, & mulsam non frigidam. Cremoremq; assumet,ubi ex iudicatione in tuto fuerit. F

Siue synanchon dicere volueris,siue cynanchon:vel alterum quidem horum synanchen, alterum vero cynanchen:siue vtrunque synanchen vocaueris,duas synanches sciueris esse rationes.
Nempe ad curationem nominibus opus nobis non est. Consueuit siquidem eam docere longe
melius,q; ij,qui in nominibus monstruosa enunciant. Subscribam aũt tibi cõpendiose doctrinam
ipsius peculiarem,suscepto ita exordio. Fluxionum,quæ ex capite deferuntur,quædam substãtia
tenues existunt,aliæ ex crassis viscosisq; humoribus constant. Quæ igitur tenues sunt,hæ latis pe
netratis venis in angustioribus detinentur. Tales autem sunt,quæ guttur ambiunt. Contrarium
autem in crassis contingit,q; non ingrediantur vniuersas,quæ strictiæ admodum existunt,venas,
ante.s.in capacioribus detentæ. Cum igitur in faucium venis tales impacti fuerint humores,pars
in tumorẽ attollit,veluti guttur ex alijs,tanq; gutturis,q; faucium,strictiores multo existant venę. G
Corpus autẽ totum vacare excrementis debet & nõ plethoricũ esse geminam ob causam, nempe
tum ob eã,quæ†{à vacuatione}est,reuulsionẽ,tum q; vacuato corpore,cum à parte affecta,quod
influit,expellimus,id facilius consentit,nihilq; si calido aliquo euaporare volueris,à corpore ipso
parti calfactæ mittet. Corpus igitur totum vena secta vacuare oportet & purgatione, & clysteri-
bus:verum affectas partes medicamẽtis astringentibus,q; profluentes retrudant humores, atque
ex firmatis,eos,qui nõ admodum infarcti sunt & glutinoli & crassi: tum calidis & acribus,q; con-
tentos in mẽbris passis digerant humores. Venæ,quæ sub lingua sunt,eam,quæ in faucibus est,
phlegmonen sine medicamentis vacuant. Sed,qm̃ humorũ crassi alij glutinosiq; sunt, acrioribus
propterea indigent medicamentis,quæ.s.&secare,& in tenuia diuidere,& tũ glutinosa tũ crassa
confringere possint. Præterea & ad exteriorem superficiem reuellere oportet,circũpositis collo,
quæ attractoria polleant facultate,medicamentis. Nẽpe colli superficiarias partes, quàm imas,af-
fici est melius: q; spiritus quidem,cum inspirationes fiunt,ad fauces gutturq; irruat, & cum expi-
rationes fiunt,per ea foras deferat. Sæpius vero,quæ ad partes prædictas procedunt fluxiones,eæ
ad partes quasdam alias exprimente natura transmutant:atq; interdum principio ita deferuntur,
vt rursum aliæ oriantur tum faucium,tum gutturis fluxionum differentiæ. Quòd autem, quæ ad H
cutem recesserunt,ijs,quæ in profundum decubuerunt,multo salubriora existant,constat omni-
bus. Cõmune tamen in vtrisq; tum colli tum capitis,à quo fluxiones fiunt,auxilium tibi sit. Ser-
mo hic & synancharũ species,& causas,& affectos locos,& curationes docuit. Neq;,si vel synan-
chen vel cynanchen,vel synanchon vel cynanchon appellaret,fuit sollicitus. Qui igit librum hũc
scripsit,neglectis nominibus omnes,qui tum in faucibus,tum gutture existunt,arctantq; respira
tionem,affectus synanchos appellitans,duas horum species esse ait,alteram quidem,quæ à gluti-
nosa frigidaq; fluxiõe facta sit,quam pituitosam vocare possis:alteram vero à calida acriq;, quam
si picrocholam biliosamq; simpliciter appellaueris,non peccabis. Priorem autem fluxionem in la
tiores decumbere venas ait:biliosam,etiam in tenuiores peruenire ostendens. Cætera dictionis
sunt manifesta. Ad ea autem,quæ retuli,conuertas animum,oportet:&,si prima vice non intelle-
xeris,bis & ter lege,& intelliges:ego autem ad secundam synanchi speciem transibo.

30 * Al. ῥεῦμα. i fluxionem.

† Al. πρὸς τὸ κενοῦν.i. ad vacuandum.

Cum æstate vel autumno fluxerit ex capite calida & nitrosa fluxio, quasi ab anni tempore tum acris tum calida fuerit,atque huiusmodi sit,mordet,vlcerat,spiritu implet,orthopnœam parit,siccitatemque multam, præterea, quæ intuenti apparent,haudquaquam tumentia videntur. 31

Quomodo

A Quo modo & quam ob causam hæc fiant:quoniam à calidis & acribus. Priorem siquidem fluxionem,quę pituitosa est,hyeme vel vere decumbere ait:hanc vero secundam autumno vel æstate. In alijs anni temporibus ex proportiõe,vt antea est dictum. Orthopnœam autem huic superuenire anginæ generi ait, quæ insignis nota est angustiæ,partem ex ijs, quæ respirationi subseruiunt, aliquam fatigãtis,vt supra est demonstratum. Quòd si hos amplissime aperire os volueris, linguamq; represseris cohibueriscq;,vt,quę in faucibus sunt,inspectare queas,nullum sanè præter naturam tumorem, vt in ante dictis,iuenies:quod scriptor explanauit,cum inquit,Præterea,quę intuenti apparent,ἰσχνὰ.i.non tumentia videtur. Nempe, quod in faucium meatu inflammatum est,non videtur:quod autem ex apertis videtur,id omne citra inflammationem existit, partesq; non tument. Nempe hæc vox,ἰσχνὸν,tumenti præter naturam interdum opponitur. Quam vocis huius nunc dictam significationem ignorantes non nulli dictionem ridicule exponunt. Alij autem permutant,vt & qui ad hunc scribunt modum. Præterea,quę intuenti apparent,ἄχρωα.i.decolora videntur. Cæterum ita affectis fit interdum,vt & fluxionis partem recipiant faucibus vicini atq; à tergo siti ordinatiq; musculi,vbi & stomachus,qui sæpius & ipse vna afficitur. Post hoc sanè in præsenti dictione scriptum quoq; est,quod sequitur.

32 B *Tendines quoq; ceruicis posteriores contenduntur,apparentq; tetani modo intendi.*

Quod deinceps dictum est,magis adhuc guttur affici ostendit. Nempe & vocis generationem in ea animalis absolui parte est demonstratum. Quapropter inquit.

33 *Voxq; ἀπῳήρῳωγε,ideſt abrupta est,& spiritus paruus est.*

Nẽpe vox oĩno ἀπῳήρῳωγε.i.ἀπολλυται.i.disperijt abruptaq; est,passo,vt dictũ est,gutture. Respiratio aũt parua redditur,propter meatus angustiã. Recensет autem in cõmentarijs de difficultate spirandi,q; longior tempore sit & interuallis frequentior:quod scriptor in hũc enunciauit modum.

34 *Spiritusq; reuulsio frequens & violentia accedit.*

Spiritum,& eam,quę inspirationi succedit, expirationẽ,& eam, quæ expirationi succedit, inspirationem,dixit. Ex vtroq; enim frequens redditur spiritus. Nam ita affectis, quæ inspirationi succedit quies, breue tempus habet, similiter & quæ expirationi succedit ante inspirationem. Demonstrationes horum in libris de spirandi difficultate enarratæ sunt.

35 C *Talibus arteria vlceratur,incẽdituriq; pulmo:neque externum aerem admittere intro queũt. Quibus nisi ad exteriores partes malum sua sponte perferatur,hi grauius ineuitabiliusq; habebunt,& propter anni tempus, et quòd à calidis acribusq; id sit humoribus.*

Arteriam quoq; vlcerari ijs,qui ita affecti sunt,dictum est & propter humoris acrimoniam,sed
† Al.stríctum pulmonem ardere†{viduatum destitutumq;}ait,doctrinæ veræ sermonem coniungens copulansq;. Nempe in commentario de vsu respirationis demonstratum est animal in respirationis prí
uatione,non ob substantiæ penuriam perire,sed quòd calor natiuus tum refrigerio,tum ventilatione destituatur:quapropter non immerito,qui immoderatior existit,pulmonem accendit. Hãc igitur anginæ speciem tum grauiorem,tum ineuitabiliorem esse priore ait, tum propter ante dicta,tum q; æstiuum autumnaleq; sit anni tempus,& q; ex acrioribus oriatur humoribus. Qua effi
citur ratione, vt ea,quæ cum coniunctione est dictio,melior sit,q; ea, quæ sine coniunctione est. Significat autem ab ijs,quæ ante dicta sunt,& propter anni tempus,in quo fit,& propter humorem,à quo oritur,maioris esse periculi secundam anginæ speciem. Non est ergo simpliciter scri-
D ctione scriptionem seruare quis voluerit, coniunctionem eam ita subaudire oportebit,vt si in dictione esset. Multa siquidem atq; alia apud antiquos defectiuo modo scripta reperiuntur.

Si febris hominem prehenderit, vetere excremento descendente, vel nuper cibatum,siue cum lateris dolore,siue
36 *non,is quieti tantisper permittendus,donec cibus primum ad uentrem imum descenderit.*

Dictiones quoq; huiusmodi ea,quæ libro de victu in acutis morbis apponuntur, Hippocratis scripta non esse ostendunt. Non enim,qui perfecte de pleuritide in legitima libri huius parte tractauerat,eum rursus hic pauca apponere oportebat.

Sumat autem in potu oxymeli. At,cum grauitas ad lumbos usq; descenderit,tum vel clysmum dare, vel medi-
37 *camento purgare oportet. Atque,cum purgatus fuerit,sorbitionem primum, & aquam mulsam, deinde cibaria et elixos pisces ministrare: vinumq;, quod aquosum sit,& exiguum noctu,interdiu vero dilutam mulsam. Cum uero flatus male olentes fuerint,balanus vel clysmus confert: si non,bibentem oxymeli tantisper cohibere oportet, donec ad inferiorem aluum descenderit,deinde clysmate subducere conuenit.*

Indefinite indistincteq; dictum est,quanquam,quod hic scriptum est, definite distincteq; in legitima libri huius parte dictum sit, & quæ post id,vsquequo piscium meminit Hippocrates:

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

quoniam adhuc de languentibus in libro ipse agebat,& non ijs,qui ex morbo reualescunt. Cætera dictionis manifesta sunt. E

At,si liquidam aluum habenti causus superuenerit,si tibi purgatio idonea videatur,eam non tribus primis diebus adhibebis,sed quarto. 38

Quòd intempestiue quidem hic de causo egerit,prædictis scilicet in principio tum differentijs, tum curationibus,nemo est,qui ignoret. Nempe & dictiones ex mente sunt aphorismi illius,Cocta medicari & mouere,non cruda, neque in principio,nisi turgeant: Plurima vero non turgent. Quidam aliter scribunt causos ab initio medicari volentes: vt dictio talis sit: Intra tertium diem adhibebis. Expedit igitur non omnino à tertio medicari die, sed vt aphorismus canit, In acutis morbis raro & in principijs medicamento purgante vti. Rem ergo secundum aphorismorũ mentem definire oportet,scrutariq;,cum in principijs purgatione vtendum sit,& cum morbi coctio expectanda sit. Qui aũt vel in principio simpliciter dixerit,vel neutrum definierit,fallitur. »
»

Cum aũt purgaueris,sorbitionibus vtitor,obseruatis ita febrium accessionibus,vt,nunq;, cum adsunt,neq; cum futuræ sunt,exhibeas,sed vel cũ cessant,vel quieuerunt & maxime à principio recesserunt. Frigẽtibus ergo pedibus neq; potũ,neq; sorbitionem,neq; aliud quippiam hmõi dabis. Sed maximũ existimato,si id tantisper obseruaueris,donec ualde incaluerint. Deinde ita,quod confert, exhibe. Frigiditas siquidẽ pedũ,magna ex parte febris accessu ræ signum existit: quo tẽpore siquid porrigas,maxime prorsus peccabis. Nẽpe & morbum non parum augebis. At vero,cum febris desinit,contrario modo pedes reliquo corpore calidiores fiunt. Nempe,cum augetur,pedes refrigerat,incensaq; ex thorace ad caput flammam mittit. Calore igitur toto ad supernas partes cõcurrente atq; ad caput exhalante,non absq; causa pedes frigescunt: vtpote qui natura & carne vacent,& neruis abundent, præterea & à calidissimis distantes locis refrigerantur: sese ad thoracem colligente calore. Rursum,et cum febris soluitur,& in minutas redigitur partes,calor ad pedes ex proportione descendit. Quo tempore caput,& thorax refrixerunt, atq; ob id cibus dandus. Nempe,cum pedes frigidi fuerint, venter de necessitate calet,fastidiq; cibum,intenditur hypochondrium,iactatur propter internam turbationem corpus,mens fixa non est,dolet æger,lancinatur vellicaturq;, vomere affectat: &,si mala vomuerit,dolet. Ergo,cum calor ad pedes descenderit,curritq; urina,&,si non sudet, omnia cessant: quo tempore sorbitionem dare expedit. nam alias pernicios exist. 39 F

De particulari cibi ministrandi tempore dictum quidem est paucis in legitima libri parte: sed æque & nunc prolixius manifestiusq; dicitur,quasi sermo præsens alterius sit explanatio seruata Hippocratis mente,quam tum in cæteris dixit,tum in eo,q; febrem ex thorace, hoc est ex corde, G accendi,atque in caput flammam mittere ait.

Quibus autem aluus per febres perpetuo liquida est,his pedes maxime calfaciens,ceromatisq; contegens,atque fascijs obuoluens ita attende,vt reliquo corpore frigidiores non sint. Si vero pedes calent,calorificum nullum exhibe,sed,ne frigescant,obserua. Potu est vtendum quam minimo,aqua frigida vel mulsa. 40

Διὰ τέλεος idem cum διὰ παντὸς τοῦ χρόνου,semper & perpetuo significat. At,cum multi existant affectus,in quibus per totũ malum aluũ liquidam esse contingit, fieriq; nequeat,vt curationẽ habeant vnam,quo modo sæpius est demonstratum,tm abest,vt ex dictione quicquam vtiliter dicatur,vt etiam iacturam facturus sit,qui scriptum curationis modum in affectibus multis iuuare crediderit. Nam,vt cætera omittam,cũ aluus liquida esse possit tum propter vẽtris phlegmonen, tum propter colliquantem febrem,frigidæ potus phlegmonę maxime contrarius est: colliquantibus vero febribus conuenientissimus,eo,quod didicisti,tempore exhibitus.

Quibus per febres aluus liquida est,& mens turbata,horumq; multi floccos uellunt,naresq; fodunt,& parum quidem interrogatis respõdent,sed ex se nihil,quod compositum sit, dicunt: talia his melancholica esse arbitror. His igitur ita habentibus,si venter liquidus fuerit,contabescens,sorbitiones frigidiores crassioresq; exhibendas esse puto,potusq;, qui sistant,vinosioresq;, vel etiam astringentiores. 41 H

Phreniticorum sanè cætera sunt symptomata: sed ventris liquidi symptoma,interdum quidem in phrenitide fit,non tamen id proprie ipsi inest: quapropter aluum liquidam ex distinctione curare expedit: phrenitim vero alia seorsum persequi sanatione. In ea autem,quam auctor scripsit,sanatione nullo pacto animi intentionem ad phrenitidem dirigit,sed curare eum magis velle arbitror affectionem quandam,ex ventris quidem parte aliqua prodeuntem,sed caput ita ad condolentiam trahentem,vt ex ventris affectu desipiat. Talia autẽ non recte melancholica esse dictum est. Magis enim ea à flaua proficiscuntur bile,cohibita aluo.

Quibus item febribus vertigines à principio,& capitis pulsus sunt,& urina tenuis,his ad iudicationes vsq; febris accessionem expectare oportet. quòd si delirent quoque, nil mirum. 42

Cum caput circumagi videtur,δῖνος. i. vertigo,vocaĩ affectio: cum autem,& tenebricosa simul fuerit visio, σκοτοδῖνος, id est tenebricosa vertigo,appellitatur. fit autem ob inordinatam spiritus flatuosi motionem,qui vel in capite localem habet generationem, vel sursum ex infernis fertur

A partibus. Omnes autem spirituum huiusmodi generationes turbationem indicant: ob quas & cum symptomatis tumultuosis iudicationes fiunt. Scire etenim oportet affectiones huiusmodi medium quodam modo obtinere tum earum,quę periculo vacant,tum pernicios arum. Conatur siquidem caliditas nativa corporis humores tum dissoluere, tum effundere: sed tenuare ipsos & per inuisibilia foramina excernere non potest. Cum vero perfecte languet, (hoc est ἀῤῥῶστεῖ) neque soluere incipit,atque ob id spiritus flatuosus non summe languẽte nativa caliditate ortum habet. Languere igitur periculo omni vacat. Natura siquidem morbo superior existit. Verum maxime languere letale est. Natura enim non parum à morbo vincitur. Cum autem non vincitur,prædicta fiunt symptomata: atque postea,quàm ægrotauerit, iudicationes absoluuntur, aliæ ad salutem,aliæ ad mortem. Pulsus autem,qui in capite fiũt,id est sensibiles arteriarum motiones, caliditatis multæ symptomata existũt: Ob quas causas sæpenumero deliria fiũt. Ad hunc itaq; modum vniuersim habentibus,quæ dicta sunt, cum, vbi quis parum valere cœperit, ab vrinarum quidem tenuitate cruditas morbi iudicetur,caput autem flatuoso impletum esse spiritu significẽt vertigines cum pullibus,scire oportet naturam haudquaquam quiescere, sed interdum contentos in corpore prauos humores ita aggredi,vt à bonis eos separet, atque quouis modo excernat, B vel ad eam,quę minus præcipua sit,reiciat partem. Prædictus igitur sermo ad antedictorum prænotionem præsensionemq; maxime confert. Nempe interdum ab initio morbi, febres quidem moderatæ fiunt,sed symptomata huiusmodi caput infestant propter exustionem, vel exhalationem humorum in ventriculi corpore contentorum. Sanè capitis solius,quouis aliter modo habentis,caliditatem balneum iuuabit: ptissanæq; cremor pro sorbitione satis erit. Verum, cum spiritus calidus flatuosusq; ob humorum prauitatem ad caput fertur, lauare hos non confert. Tute igitur singula hæc facienda sunt. Definitio autem affectionum vna sola est ex vrinarum cruditate & concoctione: quorum auctor recte meminit inquiens, Vrina tenuis. quod sæpius cruditatis signum esse est pronunciatum. Quo fit,vt nullus sit medicus, qui in morbis huiusmodi negligentius vrinas contempletur.

43 *Quibus principio vrinæ et nebulosæ et crassæ existunt,hos annuentibus cæteris purgare cõuenit. Quòd si vrinæ inter initia tenues fuerint,tales non purgabis: at,si videatur,clysterem exhibebis. Tales autem ita curare confert.*

Siue ijs,quæ in antedicta oratione relata sunt,hæc coniungit,siue non,quod ex ipsis vtile quis habere commune potest,q. s. corporis purgationem prorsus vitare oporteat,cum in humoribus C adest cruditas,id manifestauit inquiens, Vrinæ tenues. tanq; crassæ coctionis notas habeant. Iam hoc ipsum substantiam indicat: & verbum hoc νεφελοειδέα. i. nebulosæ, vrinas significat,nebulas habentes. Nempe nigras adiecisset,si nos eas audire voluisset. Multa siquidem nomina communia citra distinctionem dicere consueuerunt,cum id,quod in significantijs rerum melius est, declarare voluerint. Sic sanè,cum iudicationes ad salutem fuerint, simpliciter dicunt, iudicatus est. Defuncto vero iudicato,non simpliciter efferunt,sed hoc totum,iudicatus obijt. Præterea,cũ quis excretam bilem simpliciter dixerit, pallidam & non nigram intelligimus. Sic certe & impræsentiarum vrinas nebulosas audire oportet eas,quæ albas habent nebulas: quæ coctionis notæ existunt. Quoniam igitur cocta medicatur,ob id & nunc ita scripsit libri huius author: Tales autem ita curare confert. Nihil autem de sanguinis missione locutus,ea particulatim enarrat ex ordine omnia: non q; interdum ita habentibus,sanguinis missione opus non sit,sed quòd nunc sola alia docere velit. Nempe de sanguinis missione abunde supra est dictum.

44 *Corpus quieti permittere,ungere,& æqualiter cõtegere oportet. mulsamq; aquosam bibendã,et ptissanæ cremorẽ vesperi sorbendũ dabis. Ventrem ab initio clystere duces,sed medicamẽta purgãtia nõ admouebis. Nẽpe,si uẽtrem moueris,vrina non maturabitur,febrisq; citra tum sudorem tum iudicationem in longum protrahetur tempus.*

D Sermonem quoq; hunc percurrit, scopum in eo habens eam, quæ cum moderata calfactione sit,quietem. Cremorem autẽ ptissanæ ab initio elargitur,q; mulsa ad vigorẽ vsq; & iudicationem sufficere non possit. Morbus siquidẽ crudus est,& longe absunt concoctiones. Præterea mulsam, quæ aquosa sit,adhibet propterea,q; aquam per se & solam nihil boni habere demonstratum sit. Vesperi aũt ptissanam mauult exhiberi,q; mulsam. Nempe,cũ antea in legitima libri huius parte didicerimus ptissanam mulsa posterius exhibẽdam,melius fuit & nunc ita dicere, Mulsam qdem prius,posteriorẽ vero ptissanam exhibe. At vero,cum vesperi pro posterius dixerit, particulariorem efficit doctrinam & non vniuersaliorem. Cur autẽ eos purgare haud velit,in quibus summa inest cruditas,causam recensuit epilogisticam magis,q; analogisticam: quam recensere ad eum spectat,qui,quod fit,sola citra logicã indicationẽ experientia nouit. Dogmatici autẽ viri erat docere, quam ob causam purgantibus nobis ita habentes non coquatur vrina,febrisq; sine sudore & iudicatione perseueret. Perfectius quidem & diligentius alibi hæc oia sumus cõtemplati: sed ipræsentiarum,quod præsenti enarrationi prodesse possit,summatim dicemus. Tu ergo aium ad me cõuerte. Cũ facultates,vt scis,quatuor sint,atq; inter eas non minime valeat alteratrix, per quam, dispensatis ab ea corporibus natura alimẽtum assimilat,coctio nuncupatur nutrituræ substantiæ

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

permutatio ſecundum qualitatem exiſtens. Natura igitur aſſumpto in ventrem deuoratoq; ali- E
mento, à cæteris quidē motionibus ceſſare debet, vt ſoli, quod coquēdis deputatū ſit, operi vacet.
ſed auxilio externo aliquo indiget, ſi aliqñ imbecillior reddita fuerit, quo modo & in ea humorū,
quæ in venis ſit, concoctione contingit. Quiete quidem indiget ſequentem ante caliditatem, q
calfactum, frigefactumq;, vel exiccatum, & humectatum ſit, ſingulis horum alio & alio tempore
factis. Ob id igit̄, qui hæc ſcripſit, hominem curari voluit quieti permiſſum, vnctum, & æqualiter
veſtimentis obuolutum. Nempe aduerſus vim febris humiditatem eam, quæ vnctionibus com-
paratur, remedium eſſe putauit: præterq; quod neq; valenter calfaciat neq; refrigeret, ſed leniat
mulceatq;: quibus maxime indigent, quę coquuntur maturanturq;. Quòd ſi hęc coctioni humo
rum conferant, purgationes contrariæ exiſtunt. Nēpe corpus vehementer mouentes frangunt.
Tali ſiquidem virtute prædita ſunt oĩa, quę purgant, medicamenta. Hęc eſt ergo cauſa, cur purga-
tiones coctionibus aduerſentur. Ad eam autem, quæ ſermoni huic continuatur, ſeriē pergamus.

Cum iudicatio prope fuerit, ſorbitionem ne dederis, ſi perturbetur, ſed cum perturbatio deſierit, atque in melius 45
profectum ſit. Obſeruandæ autem febrium omnium iudicationes, ſorbitionesq; hoc auferendæ tempore.

Mentem Hippocratis hoc in loco ſeruat, qui lib[…] hūc ſcripſit. In principio quidem mulſam F
& ptiſſanæ cremorem exhibens: &, cum prope eſt iudicatio, cremorem tollens.

Conſueuerunt febres hæ protrahi & abſceſſus habere, ſi aurium quidem ceruicisq; infernæ partes frigidæ fue- 46
rint: quòd ſi frigidæ non fuerint, alias mutationes habent. Nempe fluit è naribus ſanguis, & ventres his turbantur.

Quibus vrina ob humorum cruditatem tenuis eſt, his iure optimo protrahuntur febres, quæ
ante coctionem ſoluí nequeunt. Quòd autem tales per abſceſſus iudicentur, ſæpius iam eſt dictū.
Rarius autem & per excretionem ſolutiones horum fiunt. Vtrum autem in ſuperiore corporis
parte vel inferiore abſceſſus generabitur, quæ hic dicuntur, iſs, quæ in prognoſtico ſcripta ſunt,
concordant conſentiuntq;.

Quibus febres graues & implacidæ ſunt, & hypochödria contēdunt, iacentesq; ægri ſeſe continere non poſſunt, 47
atq; extrema frigeſcunt, abſolutiſſima tum diligentia tum cuſtodia indigent: eosq; ita degere oportet, vt nihil præ-
ter oxymeli aquoſum tangant: ſorbitionem autem non dabis, donec ſeſe malum remiſerit, & urinæ maturentur.

ἀσώδ{ες} febres appellat, in qbus ægri ἀσσόδυνται. i. grauiter afficiuntur, atq; implacide moleſteq; habent: τὸ δ{ια}φορεῖν autem, id eſt difficilis tolerātia atq; implacabilitas inquietatioq;, ſequitur inter- G
dum febrem ſtabilem & æſtuoſam, ſæpius quoq; & ſtomachi malitiam. Os autem ventriculi ita
me dicentem nunc audi. Incepit ergo à febribus ipſis, ἀσώδ{ες}. i. graues & implacidas, inquiens, &
hypochondria contendentes, deinde ad febrientes pertranſiit. Nam, q iacentes ſeſe cōtinere non
poſſint, de febrientibus eſt dictum: veluti & q extrema refrigerantur. Iacentes autem ſeſe nō con
tinere, grauiter languentium, atq; difficulter ferentium, implacidorumq; & inquietorum nota
eſt: Extrema autem frigere, magnæ viſcerum phlegmones, quæ ex craſſis ſuccis orta ſit: vt antea
demonſtrauimus, cum dé ſecunda cauſi ſpecie ageremus. Quòd ſi vehemens frigus fuerit, q vir-
tus valde infirma ſit, iam tibi coniectura eſt. Non immerito igitur ita languētes plurima tum cu-
ſtodia, tum diligentia indigere ait. Dat autem & ipſis non absq; cauſa oxymeli, vtpote craſſos glu
tinoſosq; propter humores fatigatis. Adiecit autem ſermoni aquoſum, tanq; cōtrārium illi, quod
his exhiberi ſolet, in quorum pulmonibus tales continentur humores. Nam acidius longe in illis
eſſe conuenit, quòd propter longam in diſtributione ad affectam partem delationem de neceſſi-
tate ſoluatur virtus: his vero tale hypochondrio incurſat, quale epotum eſt. Nullo autem pacto
ſorbitionem ita habentibus dare prius, q; morbus ad maturitatem deductus fuerit, indiſtincte eſt
pronunciatum: ſeruantibus nobis, quod edocuit Hippocrates. Adiiciendum ſermoni, ſi æger ſuf- H
fecerit. quod, tanquam manifeſtum, forte prætermiſit.

Iacere autem in conclaui obſcuro debent, & lecto maxime molli diuq; poſitum eum ſuſtinere. & quàm minime 48
ſeſe proiicere & iactare. Nempe id tales maxime iuuat.

Nunc decubitum obſcura in domo, nō tanq; maturatoriū auxilium, ſed tanq; difficilis tolera-
tiæ inquietationisq;, quæ ob ἄσιτον, id eſt moleſtiā angoremq; ſit, correctorium voluit: Gratia cuius
& lecti mollis meminit. Tentare autem ſeipſum non proiicere, ſed conquieſcere, laboranti modo
vtroq; commodat, tanq; & morbi totius concoctionem iuuans, & virtutem ipſam conſeruans.

Hypochondrium autem lini ſemine illines, cauebisq;, ne, cum apponitur, frigeſcat. ſit autem tepidum ex aqua & 49
oleo coctum.

Mollit lini ſemen, idq; habet, vt non manifeſte calfaciat: q maxime expoſtulat phlegmone oĩs.
Et ſanè tactu tale ipſum oſtendit, quale & ſm virtutē eſt, perq; tepidū ipſum adhibere precipiens.
Cæterū aquæ & oleí miſtura tepidam generat caliditatē, mollitq; & mitigat, vtpote moderatā ha-
bēs facultatē: Cuius potiſſimū eſſe debēt, vt demōſtrauimus, quæ & maturāt & p halitū digerūt.

Coniectura

50 A *Coniectura autem colligere oportet ex urinis, quidnam futurum ſit. Nempe craſſiores pallidioresq;, meliores: te-*
nuiores vero & nigriores, pernicioſæ magis.

Non, quicquid futurum ex vrinis, docet, ſed vel ſalutem vel mortem. Salutem indicāt craſſio-
res & pallidiores. Craſſiores autem dixit tenuibus & non naturalibus comparans, vt & paulo an
te intelligere voluit. Neq; enim craſſas, neq; tenues, quæ ſecundum naturam habent, dixeris, ſi re
cte voleris interpretari. Porro tenues & nigræ, deterrimæ ſunt. A tenuibus ſiquidem ſolis, mor-
bi cruditas indicatur. Nam, quod exacte tenue eſt, id aquoſum eſt, quapropter & album. Sed præ
notiones ex vrinis in commentarijs prognoſtici dictæ ſunt.

51 *Si aũt mutationes habēt, tēpus indicāt, morbusq; de neceſſitate mō ad peius, mō ad melius permutat inæqualitatē.*

Nempe, ſi id & in laborantibus obſeruaueris, vere hominem ex vrinarum varietate in longius
decidere tempus reperies, atq; medias incurrere permutationes. Plures nanq; ſignificantur affe-
ctiones, quæ non eadem egent curatione, neq; æqualem habent ſolutionis præfinitionem.

52 *Inconſtantes febres, donec conſtent, ſinere oportet: vbi autem conſtiterunt, victu & curatione conuenienti pu-*
B *gnabis, quod naturale eſt, contemplatus.*

Febres inconſtantes dixit, in quibus nihil καθεστικὸς, id eſt cōſtans quietumq;: exiſtit, quod ſigni-
ficat τὸ βέβαιον, id eſt certū compertumq;. Sunt autē certa, quę in periodis & vrinis & exquiſitis fe-
brium formis apparent. Periodi itaq; principiū non oſtēdunt primis diebus: Vrinæ vero ſuperue
niunt aliàs aliæ, & ſepenumero ter quaterq; interdiu & noctu meiere contingit, diſſimilesq; inter
ſe apparēt vrinę. Formā ergo talis febris incōſtantē eſſe ait, quod idē eſt perinde, atq; ſi diceres nō
exacte formam vnā ſeruantem. Expoſui tibi exactas febrium formas & in cōmentarijs de febriū
differentijs, & in ſecundo iudicationum libro. In huiuſmodi itaq; febribus non in principio victu
vti præcipit, ſed ſinere, donec, qualiſnā ſit febris, cognoſcamus, & tunc victus formam prefinire.

53 *Sunt autem facies ægrotantium multæ.*

ὄψεις, id eſt facies dixit, quaſi differentias, vel modos, vel ſpecies. Aegrotantium vero, pro iſs,
qui ægrotantibus fiunt, morbis. Nempe ſæpius eſt demōſtratum eam eſſe antiquis omnibus con
ſuetudinem, vt à pathematis ad patientes, & à patientibus ad pathemata transferant appellatio-
C nes: quaſi febrium vel febrientium differentias dicere nihil referat: Sic & pleuriticorum vel angi-
na laborātium, aut pleuritidis vel anginæ. Facies ergo dixit laborantium, quoniam eos oculis cō-
templantes reperimus differentias.

54 *Quo ſit, vt animaduertere debeat medicus, ne quampiam occaſionum ignoret.*

Quòd manifeſtas cauſas græce προφάσεις, hoc eſt occaſiones, appellet, didicimus. & ſanè nunc
eam de his appellationem ferre conſtat. Infert igitur.

55 *Neq; eas, quæ ad ratiocinationem ſpectant, neq; quæ in numerum parem vel imparem apparere oportet.*

Quaſi cauſarum alias quidem manifeſtas abſq; ratione artificioſa cognoſcant omnes, alias ve-
ro ſoli, qui ratione artificioſa vtūtur. His quoq; & attendendum ait, quas in numerum parem vel
imparem apparere oportet.

56 *Maxime vero numerus impar eſt obſeruādus. Nēpe hi dies in hanc vel illā declinātes partē reddunt laborantes.*

Dies impares multa pollere virtute non ſimpliciter, ſed in acutis morbis, eſt intelligendum, q
inſignes in vtrāq; tum ſalutem, tum mortem mutationes efficiant. id enim ſignificat vocabulum,
D quod græce ἑτεροῤῥοπίας, id eſt huc & illuc declinantes dixit. In acutis quidem hi ſunt, tertius, quin
tus, ſeptimus, nonus, vndecimus, decimusquartus, & decimuſeptimus, In longis, ſexageſimus,
& octogeſimus. Mediȷ horum ſunt vigeſimus, trigeſimusquartus, & quadrageſimus. Impares
autem & hi.

57 *Obſeruare autem oportet primum diem, quo æger parum valere cœpit, principiumq;, vnde & quando, inſpicere:*
exiſtimatur ſiquidem id ſcitum præcipuum. Cum autem ægrum interrogaueris, atque omnia fueris perſcrutatus: in
primis quidem, quonam habet caput modo, ſi dolore careat, nihilq; graue in ſe habeat: deinde ſi hypochōdria latusq;
dolore infeſtentur, ſi videlicet hypochondrium laboret, vel attollatur, vel obliquitatem habeat, vel ſatietatem, aut
latus doleat, ſimulq; cum dolore tuſſicula fuerit, vel tormina dolor'ue ventris: cum inquam horum quippiam hypo-
chondrio aderit, potiſſimum ventrem clyſmis ſoluere oportet: bibat autem mulſam calidam coctamq;. Ad hæc per-
diſcendum, ſi, cum exurgit, defectu animæ corripiatur: & ſi facile ſpiret. Inſpiciendum quoq;, vtrum'ne deiectio ni-
grum admodum colore fuerit, vel ſyncera, qualis ſanorum exiſtit. & ſi febris exacerbet in tertium diē. Nempe in hu-
iuſmodi morbis, tertianæ conſiderandæ ſunt exacerbationes: conſpicienda præterea & alia, & ſi quarta dies tertiæ
quippiam ſimile attulerit. Nam tunc æger in periculo eſt. Quantum autem ad ſigna attinet, nigra deiectio mortem
indicat: Quæ vero ſanæ ſimilis, cum omni die apparuerit, ſalutem.

Obſeruandam

Universidad del Rosario Archivo Histórico

Obſeruandam in primis ait primã eſſe diem, in qua morbi cauſam cognoſci iubet. Nempe hæc E
oratio ἐξ ὅτου καὶ ὅτε, id eſt, vnde, & quãdo, quiſnam ſit morbus, indicat. Interrogari autem præcipit
in primis quidem, quonam modo habet caput, mox hypochondria, deinde latus: hypochondria
quidem ſi dolor quiſpiam afficiat, vel attollantur, vel quãdam habeãt σκολιότητα, id eſt ἀνωμαλίαν,
id eſt obliquitatem ſiue inæqualitatem: quod in prognoſtico hac dictum eſt oratione. Si inæqua-
liter affecta ſunt dextra ac ſiniſtra parte. Vel ſi κόρον habent, inquit. quod ciborum repletionẽ eſſe
arbitror. Interrogari quoq; & alia, quæ in dictione ſequenti habentur, iubet. Deinde hypochon-
driis ita affectis ſoluere aluum clyſteribus præcipit: mulſamq; bibere calidam & coctam. Sed indi
ſtincte hæc locutus deinceps ſcribit, Ad hæc perdiſcẽdum, ſi, cum exurgit, defectu animi corripia
tur, & ſi, inquit, facile ſpiret. quod defectu animi correpto opponitur. Conſpiciendam præterea iu
bet deiectionem, vtrum'ne nigra ſit, vel ſyncera & inculpata, qualis in ſanis eſſe videtur: veluti &
ſi febris in tertiam exacerbet diem. Et, ſi his ita habentibus quarta dies tertiæ quippiam ſimile in
acceſſione attulerit, periculoſam eam eſſe aſſeuerat. Nempe quartã diem, quæ ſeptimæ index eſt,
rem nouã edere ex grauibus eſt notis. Rei autem nouæ editio deſignatioq; patet omnibus. Nam,
ſi prima die & tertia acceſſio fiat, & ſecunda facta haudquaquam fuerit, cp quinta acceſſionem ha-
bitura ſit, par eſt, & non quarta. quapropter, ſi quarta habuerit, mali cuiuſpiam alterius generatio F
nem demonſtrat. Si autem & nigra deiecerit, mortem indicat fore. Tu autem multa ex dictis præ
termittens, memoriam rei huius habe. Nam, ſi prima & tertia die proportionalem attulerit acceſ-
ſionem febris, atq; nouiter quidem quarta paroxyſmum fecerit, ſed æger nigra deiecerit, ſignum
eſt letiferum. Quòd ſi diebus omnibus, ſanis ſimilia deiecerit, ſalutem ægro ſpera.

Cum autem venter glandi non obedierit, ſpiritusq; tum placidus, tum quietus fuerit, ſurgẽsq; æger in ſedem, uel dum in lecto eſt, animæ defectu corripiatur: ſi hæc vel mari uel fœminæ inter initia fuerint, delirium fore expecta. 58

Confuſa eſt dictionis huius intelligentia. Nempe, vbi glans nihil profecerit, videturq; eger pla
cidus quietusq; eſſe, ſi vticp, & cum exurgit, defectu animę corripitur, delirium expectãdum, per-
peram dictum eſſe mihi videtur: cum rei huic neq; experientia, neq; ratio patrocinentur: quãquã
tale quippiam aliquando fiat. Prænotiones tamen non eorum ſunt, quę raro accidunt, ſed eorum,
quæ ſemper vel magna ex parte.

Manus quoq; contemplari oportet. Nam, ſi tremulæ fuerint, huic ſanguis è naribus profluet.

Sermo quoq; hic neq;, quod cõtinuum eſt, neq;, quod magna ex parte fit, ſed, quod raro acci- G 59
dit, docet.

*Nares quoq; inſpiciendæ. Nam, ſi per vtrãq; ſpiritus æqualiter trahatur, & ſi multus ex ipſis feratur, conuulſio
fieri conſueuit: {quæ ſi fiat, propinqua mors eſt: quam prædicere pulchrum fuerit.}* 60

Cum tremunt manus, nempe ita dicere expedit, ſi ſpirius multus per vtranque narem feratur,
conuulſionem ſuperuenire ait. Conſueuit autem ita appellare conuulſificam affectionem, quę in
muſculis naris pinnas mouentibus fit.

*Si in febre hyemali lingua aspera reddatur, prehendantq; animæ defectiones, huic, tametſi febris remitti con-
ſueuit, in eo tamen, qui per famem fit, cruciatu conſeruare ægrum oportet & aquæ, mulſæque potione & ptiſſanæ
cremore: neq; febris quieti eſt fidendum. Nempe, qui ſigna huiuſmodi habent, his mortis periculum impẽdet. {Ergo,
cum hæc noueris, optimeque contemplatus fueris, ita prædicere pulchrum fuerit.}* 61

Sunt, qui febrem hyemalem ſimpliciter intelligant eam, quæ in hyeme fit: alij eam, quæ hyemi
peculiaris ſit. Ea autem ex pituita eſt, veluti æſtiua ex ipſa bile. Si ergo, inquit, in huiuſmodi febre
lingua aſpera fuerit, atq; animæ defectus, eam periculoſam eſſe eſt fatendum. Atq; ob eam rem ſe H
brium quieti fidendum non eſt, ſi cum prauis fiant tum ſymptomatis tum ſignis, veluti in præſen
tiarum cum animæ defectu & linguę aſperitate. Non negligẽter itaq; ait regendos ægros: aquãq;
& mulſam & ptiſſanæ cremorem exhibendum. Sed ſanè hæc pugnare videtur aduerſus id, quod
fame cruciandos dixerit. Nam huiuſmodi cruciatus, qui græce λιμοκτονία dicitur, maxime quidem
abſtinentiam omnimodam ſignificat: aut, ſi non, ſaltem eam, quæ in potibus ſolis fit, victus ratio-
nem. Hic tamen auctor & mulſam & ptiſſanæ cremorẽ dare permiſit. Videtur ergo eos ob id fa-
me cruciandos dicere, cp, qui remiſſiones huiuſmodi quietiſſimas habẽt, longo ita tempore in his
morentur, protrahãtq;, vt falſi circunuentiq; non nulli validiorem miniſtrauerint alimoniam, &
potiſſimum ob animæ defectionem. Quo fit, vt ad victum hunc ijs, qui per mulſam atq; ptiſſanæ
cremorem multis fit diebus, recte dictus ſit ex fame cruciatus, vel inedia.

*Cum autem in febribus quinta die terrificum quippiam fuerit, vel venter repente liquida deiecerit, & animæ
defectus prehenderit, vel vocis priuatio, vel conuellatur æger, vel ſingultiat, ex his angi grauiterque affici conſue-
uit, ſudoresque circa tum muſtacem, tum faciem, tum cernicem ab occipitio eſſe conſueuerunt. Qui autem hæc pa-
tiuntur, ſpirituoſi paulopoſt morientur.* 62

Ex ijs,

A Ex ijs, quæ per obſeruationem empirice à medicis ſcripta ſunt, quædam talia exiſtunt, vt ex ſe-
mel aut bis conſpectis, modi vniuerſalis annotationem habeãt, tanquam ſæpenumero in eiſdem
& ſimiliter conſiderari poſſint. Tale autem quippiam & id eſt, quod nunc dicitur. Nempe contẽ-
platus ægrum quendam liquida quædam deiecciſſe, atq; animæ defectu prehẽſum, voceq; priua-
tum, alium vero conuulſum, & poſtea vel ambos vel alterum ἐσπώδη, id eſt faſtidijs plenum grauí-
terq; affectum, partesq; tum facieí, tum colli ſudantes, deinde obijſſe, hæc ſcripſit, quòd ſignorum
empiricorum cõcurſum exiſtimaret. Sed ſanè hæc poſſunt & ſtomachicam prægredi ſyncopen.
fieriq; valent & propter copiam oppreſſa virtute, vel ea ipſa alio languẽte modo. Vnumquodq;
ſiquidem eorum, quæ dicta ſunt, per ſe malum eſt, nedum ſi omnia conuenerint. Nempe ex re-
pentinis deiectionibus deficere animam periculoſum eſt, veluti & voce priuari, & faſtidijs ango-
req; plenum eſſe. Partibus vero tum faciei, tum capitis duntaxat ſudare non bonum. Quo igitur
modo hęc tum multa, tum mala exiſtunt, ſic & alia, quę in prognoſtico ſcripta ſunt. Poteſtq; quiſ-
piam hæc inter ſe connectens videri nouum quippiam docere. Quòd ſi & dictionem obſcuram
ambiguãq;, veluti ænigma, ſermoni miſcuerit, iam plebeijs & ex ea ſapientior eſſe videbitur. Ad-
mirantur ſiquidem plebeij, quæ nõ intelligunt. Viro autem, qui ſuperuenientia ſymptomata ab
B eorũ, quę morbũ indicant. i. pathognomonicorũ concurſu diſtinguere nouit, ſermo ís varius qui-
dem deprehendetur, ſed inutilis. Nempe pathognomonica ſyndrome morbi ſpeciẽ demonſtrat
ſuperuenientia vero ſymptomata mãſuetudinẽ ipſius & malignitatẽ. eumq;, qui ſingulorũ horũ
ſymptomatum vires didicit, quę apparent, tum æſtimare, tum inter ſe cõparare oportet. Et, ſi qui
dem tum fortiora, tum plura videntur, quàm bona, mala, hominem in periculo eſſe eſt ſciendum.
Verum, ſi bona malis & fortiora & plura fuerint, de ægro bene ſperandum. Quod te facere iubet
& ipſe Hippocrates. Nempe in prognoſtico ſingulorum tum ſymptomatum, tum ſignorum vi-
res particulatim docuit, atq; circa libri finem ita ait, Oportet autem eum, qui recte ſit tum conuali
« turos, tum morituros prędicturus, præterea & in quibus ægritudo pluribus diebus, & in quibus
« paucioribus permanſura ſit, ſigna omnia perdiſcere, atq; æſtimatis eorum inter ſe viribus, vt ſcri-
« ptum eſt, ferre ſententiam. Signorum autem vires æſtimari præcipit, atq; ex ipſis prænoſcere, quid
« nam futurũ ſit. Vbi ergo bona malis permiſta fuerint, viribus quodam modo paria æquaq;, exer-
citato eſt opus viro, qui in operibus ea ſæpenumero fuerit cõtemplatus. Vbi vero omnia vel ma-
la, vt nunc, fuerint, vel bona, cuiuis patet, quod futurũ ſit. Cum enim deficiente aluo deficere ani-
mam ſignum per ſe malum ſit, pari modo & malũ, vocis priuatio: ſi præterea æger neruorum di-
C ſtentione conflictetur, vel ſingultiat, vel faſtidijs refertus ſit, manifeſtius indicabit periculum. Si
præter hęc & aliud quodppiam malum ſuperuenerit ſignum, vt circa faciem ceruicemq; ſudores,
atq; adhuc, quæ nunc à ſcriptore huius libri dicũtur, nullo, quod bonum ſit, malis permiſto ſigno,
cp talis de neceſſitate ex ſignorum malorum aceruatione morietur, notum euadit. Adiectum au-
tem in fine dictionis πνευματωθέντες, id eſt ſpirituoſi facti, tanquam ænigma, ceu quippiam eorũ,
quæ de neceſſitate fore conceduntur, quicquid ſignificet, ſiue ſpirituum copiam, quibus venter
inflari poſſit, ſiue magnam & frequentem reſpirationem: quam ſanè his, quas comitatur, affectio-
nibus haudquaquam bonam eſſe didicimus, veluti & eam, quæ ventris eſt. Quapropter veſtigan
da alia ſigna nõ ſunt, his de neceſſitate antegredientibus. Neq; enim amplius ex his, veluti ex nõ
nullis, quæ caſu eueniunt, futurorum obſcura quædam fit prænotio.

Quibus per febres crura tuberculis afficiuntur, eaq; tractu temporis manente etiãnum febre non maturuerint,
63 *faucibusq; haudquaquam tumentibus irrepſerit ſuffocatio, non maturuerint, inquam, ſed extincta ſint, ijs ſanguis
è naribus fluere conſueuit: qui, ſi multus fluxerit, morbi ſolutionem portendit: ſi non multus, morbi prolixitatẽ. Quo
minus vero fluxerit, eo deterius & prolixius erit malum. Quòd ſi & alia facilia fuerint, pedũ dolores ſunt expectã-*
D *di: qui ſi pedem affecerint, & doloroſius perſeueret, inflãmeturq;, et non leuetur, dolores poſt paulo ad ceruicem per-
uenient, clauiculamq;, & pectus, et articulum. Nempe & hic tuberculoſus fieri debet. Quibus extinctis, ſi manus
vel contrahantur uel tremulæ fiant, talem neruorum diſtentio prehendit, & deſipientia: ſupercilijs oriuntur, quæ
φλυζάκια vocant, ruboresq; ægrum habent: & ex palpebris altera ad alteram germinat: dura prehendit phlegmo
ne: tumet vehementer oculus, & delirium valde creſcit, intenditurque: atq; noctu magis, quã interdiu, indicatur.
Signorũ autem multa fiunt in numero impari magis, quam pari. Vtro tamen horum fiant, pernicioſi ſuperueniunt.*

Qui librum hunc confecit, is hæc omnia, quæ dicta ſunt, deinceps inter ſe cõtemplatus vniuer
ſalem quendam particulari ex obſeruatione ſermonem temere feciſſe mihi videtur. Melius ſiqui
dem erat, ſi, quo Hippocrates modo in epidemijs {morbis} ſcribere conſueuit, is ita feciſſet, præ-
fatus quidem ab initio patientis nomen, deinde dies, in quibus ſingula facta ſint, narratione aſſe-
cutus, vt & in ipſis, quæ nunc dicta ſunt, ſymptomatis facere potuit. Nempe in cuiuſpiam cruri-
bus orta ſint tubercula, eaq; non recipiant maturitatem, febriat quoq; is, & ſuffocationem incur-
rens ab his liber ſit tuberculis: exiſtimabit profecto quis ſurſum factam humorum, qui crus infe

ſoluet:ſi non,protrahetur egritudo.Et,ſi reliqua bene fiant,ſuccedantq3,rurſum ad pedes decum E
bere huíc dolor poterit. Quod ita factum eſſe ſtatuatur,veluti ex his hominem πυριφλεγῆ factum
eſſe,quod caliditatem multam circa pedem manifeſtare conſueuit,vel febrem multã igneamq3 &
flagrantem.Et,ſi poſt hęc non ſoluta fuerint ſymptomãta,reuerſa iterum ad ſuperiores partes hu * Aſ. morbus
morũ copia dolores pariet in collo,clauícula,humero,et pectore. Vtautem huíc omnía hæc abſcq3
ratione contigerunt(nempe id extincta eſſe,fuit)ita manus tremulas factas eſſe ſtatuatur: deinde
neruorum diſtentionem,cp ad neruoſas partes decubuerit humorum copia, principiumq3 ipſorũ
prehenderit,vnde deſipientia, ſubſecutam eſſe. Contẽplatus igitur auctor quẽdam ex iſs, qui ita
affecti ſunt,φλυκταίνας in ſupercilijs habẽtem,(nempe id ſignificãt φλυζάκια,)omnibus ita haben-
tibus futurũ ſymptoma hoc temere pronunciauit.Idemq3 de iſs,quę continuata ſerie ſcripta ſunt,
ſermo exiſtit.Nempe,quod vni ita affectorum vel duobus factum eſt,id ad omnes extendens,ait
& ipſos rubores habere, & ex palpebris alteram ad alteram germinare, duram quoq3 fieri phleg-
monen, & vehementer tumere oculos. Quorum cætera quidem cuiuis patent, ſed ex palpebris
alteram ad alteram germinare eſt ambiguum, vtrum'ne ſignificare voluerit quãdam ex parte ea-
rum exurgentem conſertionem, vel carnoſam quandam germinationem, ab altera quidem ena-
ſcentem,ſed ad alteram ſeſe extendentẽ. At vero,ſi rei huius aliquo pacto inuentio quippiam vti F
litatis afferret,de ea amplior fuſiorq3 foret ſcrutatio.

Hos ſi ab initio purgare volueris,id ante diem quintum faciro,vbi venter murmurauerit,ſi non, à medicamen- 64
tis abſtineto.Verum,ſi murmurauerit,fuerintq3 excrementa bilioſa,ſcammonia mediocriter purgato. quãtum ve-
ro ad aliam pertinet ſanationem,quàm minime exhibebis tum potus,tum ſorbitiones,ut melius æger habeat,niſi de
cimamquartam fuerit egreſſus.

Sanationem prędictæ concurſionis ſcribit,quam nominatim perſtringere mihi,vt dixi,nõ pla *
cet,cum etiam & ſanatio nihil cõmune habeat præter ea,quæ ſæpius ante ſunt enarrata.Ait ſiqui
dem conſiderandam aluum,quam per murmurationes cognitam,purgandam eſſe præcipit: &,ſi
bilioſa deorſum repant,ſcãmoniam bilioſa expurgantẽ exhibet. Quod vero ad reliquum ſanatio
nis attinet,ſorbitiones perquàm exiguas miniſtrari præcipit,quouſcp decimum quartum pertran
ſierint diem:qua oratione morbum ante decimumquartum diem coqui non poſſe ſignificatur.

Cum febricitanti decimoquarto die uox intercepta fuerit, tantũ abeſt,ut morbus celeriter tũ ſolui,tum diſcedere 65
conſueuerit, vt etiam diuturnitas ipſi indicetur.Cũ ergo in eo die apparuerit uocis interceptio,morbus protrahitur. G

Dictio hæc his ſuperfluit, qui mala ſymptomata maiori prædita eſſe facultate didicerunt, cum
in diebus iudicatorijs apparent.Nempe,qui librũ hunc ſcripſit,nunc in re vna, quæ decimoquar-
to diei eſt particularis,hoc eſt vſus vniuerſali.Nempe,vt diebus cæteris iudicatoríſs,ſic & decima
quarta,ſi malum aliquod ſymptoma apparuerit, id maiorem habet efficaciam. Annotare autem
oportet,quod futurum eſt,neq3 ſimpliciter, neq3 vt res tulerit, ſed cum definitione.Nam,ſi ex ſig-
nis bonis,quæ maiorẽ habent efficaciam, laboranti quædam affuerint, longiori tpe ſaluari æger
poterit.At,ſi nullum tale fuerit,morietur, nequeunte morbi concoctioni ſatisfacere virtute.Qui
igitur hæc ſcripſit,prolixiorem omnino fore morbum male pronunciauit.Nempe & is cito mori
poteſt,cui vox decimoquarto die interrupta eſt, ſi cũ ſæuis alijs notis factũ fuerit hoc ſymptoma.

Cum febrientis lingua quarto die turbata quædam loquitur, venterq3 liquida bilioſa deijcit,talis delirare conſue- 66
uit. Sed obſeruare oportet,quod euenientibus ſuccedit.

Id quoq3 & in alio quodam die apparet, verum,ſi quarto apparuerit, in primis periculoſiorem
ſeptimum fore demonſtrat, id eſt quæ illo die futura ſunt.

In acutis morbis,quæ æſtate & autumno fit repẽtina ſanguinis deſtillatio,robur, multamq3; in uenis inflãmatio- H
nẽ ſignificat.Itẽq3 q, poſtero die urina tenuis apparebit.Et, ſi æger ætate floruerit, fueritq3; corpore ob exercitatiões 67
bene carnoſo uel melãcholico,uel ex potatione manus tremulæ fuerint,delirium uel cõuulſionẽ prædicere bene eſt.

Dictio quoque hæc ſymptomatum multorum, quæ non in ægro omni coeunt conueniuntq3,
implicationem permiſtionemq3 habet, quo fit, vt inutilia ſint, quæ ad hunc ſcribuntur modum,
cum doctrina ab vniuerſalibus recipiat commoditatem, quo Hippocrates modo facere conſue-
uit.Dictum autem eſt,quòd vniuerſalium, quæ quidem perpetua ſunt,primam habent virtutem
vtilitatemq3:quæ vero magna ex parte ſunt,ſecundam. Quod ſi anceps quippiam vel rarum fue-
rit,id ad doctrinam inutile cenſetur.Quę igitur recenſuit,particulatim contemplemur,atque an-
te omnia quod primo eſt dictum. In acutis morbis, quæ æſtate & autumno fit repentina ſangui-
nis deſtillatio,robur,& multam in venis inflammationem indicat. Melius ſiquidem erat pronũ-
ciare,quod robur venas curatione egere indicaret.Nouimus enim,quòd ſanguinis è naribus ſtil-
lationes malum ſemper quippiam eſſe ait,propterea quòd natura quidem concupiat,quod ſuper
fluum eſt,excernere, ſed ob propriam imbecillitatem nequeat, vel ſanguinis craſſitiem, vel par-
tium denſitatem,vel quædam ex his, vel propter omnium concurſum. Cum autem malum ſem-
per hoc

E per hoc ſignum ſit, magisq3 quòd primis tum æſtatis, tum autumni temporibus virtutem ipſius
intendi contingit, (nempe in eis diebus flaua redundat bilis, ambiensq3 nos aer calidus eſt: quo
fit,vt ſanguinem vtranq3 ob cauſam,bene fluentem eſſe oporteat,)magnitudo quędam cauſę in-
dicatur,propter quam fluere inhibetur,quam robur eſſe ait,forte denſitatem ita appellans.Quòd
porro ita affecti venarum curatione egeant, nondum oſtendit, prius quàm aſtruat,quamnam di-
cat curationem,nec tamen dixit.Prædictionem præterea primam dixit, quòd ſcilicet poſtero die
vrina tenuis apparebit, non ſolo eo die de neceſſitate crudis apparentibus, verum quoq3 & alijs
præcedentibus. Conuulſionem quoque & deſipientiam fore ait,ſi laborans ætate floruerit. Præ-
terea & exercitati,& bonæ ipſius carnoſitatis meminit,& temperamenti. Nempe melãcholicus,
nomen eſt temperamenti. Huc adde,cp ex potatione eum manus habere tremulas ait. Hæc ergo
ſymptomata poſſunt inter ſe complicari, non tamen de neceſſitate, neque magna ex parte ſucce-
dent deſipientia & conuulſio.

68 *Et,ſi paribus quidem diebus ſuperuenerint,melius: in iudicatione autem pernicioſum, niſi multus abunde effu-*
ſus ſanguis viam redundantiæ fecerit vel per nares,uel per ſedem,uel per abſceſſus,uel cõmutationes, vel ad hypo-
chondriorum dolores, vel ad teſtes, vel ad crura.Coctis autem his,viæ patent ſputis, vrinæq; excernuntur craſſæ,
F *læues,& albæ.*

Gemina eſt ſcriptio in hoc verbo ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire, vna quidem ſcripta per τ ele-
mentum tertia ſyllaba, altera per γ. Verum,ſiue per priorem ſcriptionem ægros diebus paribus
ἐπιτίνεσθαι, id eſt intendi dixerit, ſiue ſecundum poſteriorem prædicta ſymptomata diebus pari-
bus ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire affirmauerit, non continuo exiſtit & melius,quãquam id dixit.
Neque enim,ſi pares fuerint,intueri oportet,ſed ſi & iudicatorij.Nempe quartam,quæ par eſt,&
ipſe ex ordine paulo ante maximam habere facultatem aſſeruit.Cæterum,quod deinceps dicitur,
verũ exiſtit.Nam,ſi ſanguis multus,quouis modo id fiat,excretus fuerit,ſalutis ſpem habet.Præ-
terea & per abſceſſum ipſos,& per commutationem ſeruari ait: abſceſſum quidem ferè ſua pecu-
liari appellatione declarans: ſed commutationem,cum ait, ad hypochondriorum dolores, vel ad
teſtes, vel ad crura. Differunt autem inter ſe,quòd ἀπόστασις, id eſt abſceſſus,iudicationem infert,
ægrumq3 à moleſtijs omnibus liberat: μετάστασις autem, id eſt commutatio, aliarum habet princi-
pium acceſſionum offenſionumq3, vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali,corporis locus,
ad quem infeſtantium humorum facta ſit commutatio.Eam ob cauſam adiecit,Coctis autem his
G permeationes fiunt ſputis,vel craſſis vrinis læuibus & albis.ſigna coctæ commutationis edocens
ex coctis,tum ſputis,tum vrinis.

69 *Febri ſingultuoſæ laſerpitij ſuccum,oxymeli,daucum tritum propina.galbanumque ex melle & cyminũ in ecle*
gmate,poſteaq; ſorbendum priſſanæ cremorem dato.Talis autem euadere non poteſt,niſi ſudores ſuperuenerint iu-
dicatorij,& ſomni æquales, vrinæque exierint craſſæ & acres,aut in abſceſſum confirmetur morbus.

λύγγας & λύγγους,id eſt ſingultus,appellare conſueuerunt.Sunt autem motiones quædam ſto-
machi cõuulſoriæ,quas quidem fieri aiunt propter immoderatam vel inanitionem,vel repletio-
nem.Quæ ſi propter inanitionem fiant,fere ſanationem non recipiunt:ſi vero ob repletionẽ fue-
rint, ab iſs,quæ infarcta ſecant abſterguntq3,ſanantur medicamentis.Quo è numero ſunt,quæ in
hoc loco ſcripta ſunt. Videtur autem & nunc morſus is fieri propter acrimoniam ſtomachũ mor-
dentem,vt cũ quiſpiam piperis plus vel ſimile quippiam deuorauerit. Et ſane fuerunt ex febrien
tibus,qui in ſingultu rodentem acerrimumq3 vomuerunt humorem:à quo tandem ſymptomate
ſunt liberati. verum febris huiuſmodi nequaquam ſingultuoſa appellatur. Nempe,vt ſingultuo-
ſa vocitetur, permanere amplius debet ſingultus, vel etiam per totum morbum ſimul cum febre
H exacerbare. Febrem hanc per ſudores iudicatorios, ſomnosq3 æquales, vacuatasq3 vrinas, tum
craſſas,tum acres ſanari ait,talibus quidem vel excretis,vel in abſceſſum confirmatis.

Coccalus,id eſt nux pinea,& myrrha in eclegmate exhibeantur,bibantq3; oxymelitis perquàm exiguum.

70 Scriptum quoq3 & inordinate hoc eſt. Commodius ſiquidem feciſſet,ſi pauloante in ea oratio
nis parte,qua eos ſanauit,quibus tum thorax,tum pulmo per ſputa expurgari debent, id ſcripſiſ-
ſet,& non febri ſingultuoſę adieciſſet.Et ſane,quod dicitur,obſcurum eſt & claritate deſtitutum.
Nempe κόκκαλος ab ipſo dictus,nõ ita, ſed κώνος magis ab antiquis Græcis appellitatur,veluti à re-
centioribus medicis propemodum omnibus σφαῖλος. Conſueuit autem ex eo eclegma confice-
re,vbi maxime pinguis fuerit,id eſt vbi multam circũfuſam habuerit,quæ peculiaris ſit, reſinam.
Coquunt autem fructum hunc in aqua cum praſſio,hoc eſt marrubio,recenti: mox decocto mel-
lis exiguum miſcent,coquuntq3 iterum,donec mellis accipiat craſſitudinem:quo ad hũc modum
confecto medicamento vtimur ad thoracis pulmonisq3 expuitiones. Quo autem modo & alia
quædam medicamento huic ſæpius immittunt, ita & auctorem libri huius myrrham immittere
veriſimile eſt,quod poſtea, velut cõpendio, manifeſtauit,inquiens,Coccalus & myrrha in eleg-
mate exhibeantur.Poteſt autem & ipſos,qui eduntur,cœnos cum myrrha exhibere, atq3 huic for-
taſſe

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

taſſe mel non perperā medicamento miſceri intellexerimus. Sunt, qui dictionē hanc ab ante ſcripta ſeparant, ſeorſumq; ſcribunt: alij finem ante ſcriptæ principium huius efficiunt hoc pacto. Si autem abſceſſus confirmentur, coccalus & myrrha in eclegmate exhibeātur: vt morbis in abſceſſum confirmatis ea medicamentum eſſe intelligamus. quod à ratione alienum cenſeo propter id, quod ita infertur, Bibantq; oxymelitis perquàm exiguū. Nempe in ſingultuoſa febre formidandum acetum præcipit ratio: In his vero, quæ in abſceſſum confirmātur, nequaquam. Eam ob cauſam ſunt, qui dictionem hanc quadantenus quidē antea ſcriptæ coniungant copulentq;, ſed quadantenus ſeparant, atq; adiecta coniunctione, autem, ita ſcribunt: Si autem in abſceſſum firmetur morbus. tanquam de ſingultuoſa antedicta febre id dictum ſit: volēte auctore, ſi in abſceſſum aliquando firmari contigerit ſingultuoſam febrem, coccalum cum myrrha exhibere, & copioſam oxymelitis vitare potionem. Syllaba autem vltima verbi huius πυρίσῃ, id eſt firmetur, ſiue per ῃ literam ſcribatur, ſiue per ε, nullam, quæ inſignis ſit, facit ſermonis mutationem. E

Quòd ſi ſupra modum ſiticuloſi fuerint, bibant aquam hordei. 71

Quòd potum hunc, tanq; ſitim adimētem, exhibeat, eſt manifeſtū. Sed melius feciſſet, ſi prius, quonam pacto parare hordeum oporteat, enunciaſſet: vtrum'ne ſimpliciter madefacere, vel ex eo zythum, vt huius temporis homines, conficere, vel quouis alio parare modo. F

In peripneumonijs & pleuritide ita conſiderare oportet, ſi febris acuta fuerit, ſi dolores lateris vel alterum, vel vtrunque infeſtent, & ſi æger in ea, quæ ſurſum fit, ſpiritus latione laboret, tuſſesq; adſint, & ſputa educantur, rufa vel liuida, uel & tenuia, & ſpumoſa, & florida, & ſi quippiam aliud diſcrepans præter ea, quæ didicimus. 72

Pleuritidis peripneumoniæq; tum magna, tum effatu digna quidē omnia in legitima libri huius parte ſunt definita diſtinctaq;: ſed, quæ medicis omnibus patent, ea ſunt prætermiſſa. Talia autem ſunt, quæ impræſentiarum ab auctore ſcribuntur. Et primum quidem à veteribus empiricis appellata ſyndrome, quam veteres affectibus cōſidentia ſymptomata appellabant: ſi videlicet febris acuta, dolorq; lateris, vel alterius, vel vtriuſq;, & potiſſimum, qui in expiratione fit: Nempe id eſt, Et ſi æger in ea, quæ ſurſum fit, ſpiritus latione laboret, tuſſes adſint, & ſputa educātur, rufa, vel liuida, & tenuia, & ſpumoſa, & florida, & quouis aliter modo præter ſolitū euariātia. Nempe hoc ſignificat, inquiens, Et ſi quippiam aliud diſcrepans habent præter ea, quæ didicimus. Quæ omnia in pleuriticis peripneumonicisq; apparere ait, ſi contingant. Sed hos ita regere oportet.

Si dolor ſurſum penetrauerit, vel clauiculam, vel mammam, vel brachium, venam brachij internam ſecare oportet, qua dolor afficit parte. G 73

Rurſus & in præſenti loco partis legitimæ ſententiam elaborat, quoniam in ea prætermiſſum eſt, quod ſimul cum dictis intelligitur: adijcitq; illud, venam ſcilicet ſecandam recto à latere dolēte tramite: quod expoſuit inquiens, Venam brachij internam ſecare oportet, qua dolor afficit parte. ſed manifeſta vſus breuitate orationem negligentius percurrit. Nam venam cubiti dicere debuit, cum venam brachij dixit.

Sanguinemq; auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore. Ampliusq; non ueritus, ſi dolor acutus fuerit, ad animi uſque defectionem detrahes. 74

Rurſus hoc in loco plus, quàm mediocriter, ſcopos detractionis ſanguinis omnes recenſere conatus, quoſdam ſilentio præterijt. Neq; enim virtutis meminit, neque ſanguinis mutationis, nec vero regionis, nec cōſtitutionis. Plus autem auferre atq; ad animæ vſq; defectionem id audacter agere præcipiens, deliquit ſane in dictione, cum adiecit, quam ob cauſam audere cōueniat. Nempe, q̄ dolor acutus ſit, plus quidem ſanguinis vacuamus: ſed fluere ſinimus, nō quia acutus ſit, ſed ob alia: vtpote ſi virtus robuſta fuerit, floruerit ætas, ſanguis abūdauerit, & laborantis natura tum denſior, tum durior, atq; ægre magis perſpirabilis, & ſanguinis copioſi fuerit: anni etiam tempus, & cōſtitutio bene temperata: ſic ſane & regio. Nempe, q̄ ad animæ vſq; defectionem ſanguinem auferre non vereamur, nobis ex his accidit. H

Clyſterem poſtea exhibebis. 75

A ſanguinis miſſione clyſterem exhibere iubet. Sed melius erat adieciſſe: ſi non ſponte probe deiecerit aluus.

Si dolor ſub thorace fuerit, valdeq; infeſtauerit, pleuritico uentrem ſubpurgabis, nihilq;, dum purgabitur, dabis: à purgatione autē oxymeli. Verūtamen purgans medicamētum quarto die miniſtrabis, {tribusq; primis diebus clyſteres exhibebis: quibus ſi non leuetur, ad hūc purgabis modum. Cuſtodies deinde ægrum, donec ad febris priuationē & ſeptimū peruenerit diē: qui ſi in tuto eſſe videatur, in primis exiguū tenuemq; cremorē, eumq; melle miſcēs dabis: ſi vero facile reuocatur, et facile ſpirat, lateraq; nō doleāt, ſenſim craſſiorē copioſioremq;, et bis die miniſtrabis.} 76

Pleuriticum nominauit, id quod ab Hippocrate in legitima libri huius parte eſt dictum: vbi ita habentes

A habentes pleuriticos purgat: facit autem id duobus modis. Quarto vero die medicandū indiſtincte pronunciauit. Neq; enim inter initia aliquod remediorum huiuſmodi ægro iniungere oportet deſumpto à numero dierum ſcopo. Sed, quod Hippocrates recenſuit, eſt exequendum. Nam vel ſtatim ab initio prius, q̄ in partem aliquam confirmentur humores, medicandum: vel poſtea cum ad maturitatem perducti fuerint. Quam ob cauſam & prima interdū die, & ſecunda, & quarta, & interdum quinta medicamenta dedimus, & non in quarta ſolum, quo modo is dixit.

77 *Quòd ſi non facile liberetur, potionis minus, ſorbitionem exiguam, cremoremq; tenuē, & ſemel exhibebis: atq; eo, quo melius degit, tempore, quod ex vrinis deprehendes. {Nempe in iſtiuſcemodi morbis ſorbitio ante vrinarum ſputorumq; concoctionem danda non eſt. Quòd ſi purgatus multa deiecerit, dare oportet, minus tamen & tenuius. Non enim ob vaſorum vacuationem dormire, neque concoquere poterit ſimiliter, neque iudicationes ſuſtinere. Verum, vbi crudorum colliquatio facta fuerit, & quæ reliquuntur, reiecta, nihil obſtabit.}*

De particulari cibi exhibendi tempore agens Hippocrates, & libri huius auctor in iis, quæ ſupra ſcripta ſunt, eam, quæ tum in thorace, tum in pedibus eſt, caliditatem animaduertendam eſſe voluerunt. Nempe vrinarum conſideratio ad vniuerſalem victus formam, non ad particularem B cōmoda eſſe videtur. Quo fit, vt non recte dicat hoc in loco cremorem tenuē ſemel exhibendum eo, quo melius degit, tempore, deprehendēdumq; ex vrinis. Nempe, tametſi breuiſſimam in particularibus acceſſionibus ad melius inclinationē vrinę habuerint, tempus tamen huiuſmodi non vſqueadeo protrahitur, vt has recondamus, expectemusq;, vtrum nebulas vel ſublimes vel ſubſidentes habuerint. Hæc ſiquidem nonpauco fiunt tempore. Atqui in acutis morbis interdū ægri in declinationis principio de neceſſitate ſunt alendi.

78 *Cocta autem ſunt ſputa, cum puri ſimilia fuerint: Vrinæ autem, cū hypoſtaſes erui modo ſubrubras habuerint. Cæteris autem laterum doloribus tepefactoria apponere, & ceromata nihil vetat, cruraq; & lumbos calido inungere, & pinguedine illinere: hypochondrijs quoq; aduſq; mammas ex lini ſemine cataplaſma imponere. Vbi autem peripneumonia ad ſtatum peruenerit, quando non repurgantur, auxilium non habet: & mala eſt. ſi laborans ægre ſpirauerit, fuerintq; vrinæ tenues, & acres, atque ſi ſudores circa ceruicem caputq; oriantur. Nempe ſudores huiuſmodi mali ſunt, vincente ob æſtum impetumque & violentiam ægritudine, niſi vrinæ multæ & craſſæ prodierint, & concocta exierint ſputa, Vtrum autem ex his ſponte euenerit, ſolut morbum.*

Neq; ſui ipſius eſt memor, qui non ad hunc modum de coctis vrinis ſupra ſcripſerit, neq; Hip- C pocratis, qui aliter dixerit, nempe q̄ vrina optima ſit, quæ ſedimentum habet, tum album, tum leue, tum æquale. Cætera, quę peripneumonicis pleuriticisq; in orationis textura narrantur, conſpicua ſunt, tum vbi libri huius auctor ab Hippocratis recedit ſententia, tum vbi maxime, vel prorſus, vel aliqua ex parte huic annuit & conſentit.

79 *Peripneumoniæ eclicton ſeu eclegma. Galbanum & nucleum pineum ex melle attico dabis. abrotonum ex oxymelite. Piper quoq; & nigrum elleborum, vbi feruefeceris, pleuritico etiam circa initia dolenti bibendum offeres. Quòd ſi panacem ex oxymelite feruefactam percolatamq; propinaueris, benefacies. Proderit autem & hæc hepaticis, aut ex ſepti tranſuerſi dolore affectis, atque his omnibus, qui aut per aluum aut per vrinas expelli deſiderant, ex vino & melle. Verum, quæ ventri expurgando exhibiturus ſis, ea cum mulſa aquoſa, & multa propinabis.*

Medicamentum primum ſecūdumq; ſputa educunt. Sed, quod ex elleboro nigro conficitur, ventrem ſubducit. Quod vero ex panace eſt, quibuſnam vtile ſit, recenſuit.

80 *Dyſenteria, q̄ ceſſauit, abſceſſum uel tuberculū aliquod pariet, niſi deſierit uel in febres, uel ſudores, apparuerintq; vrinæ craſſæ, & albæ, & lęues, vel in tertianas, uel in uarices, aut dolor in teſticulū uel crura uel coxā fir metur.*

D Sermo quoq; præſens ſine definitione & diſtinctione eſt prolatus, q̄ neq;, qualem dicat dyſenteriam, demonſtrauerit, q̄ neq; omnis, quæ ceſſauerit, hæc inferat.

81 *In biliosa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem enatus morbum ſoluit: ſi vero abſque rigore præter temporis occaſionem ſuperuenerit, peſtiferum.*

Neq; proculdubio ante ſeptimum diem cum rigore enatus morbus regius febrem ſoluit, neq; poſt ſeptimum. Sed ſane ita diſtinguere oportet. Febrientibus morbus regius ſuperuenit, interdum quidem tanquam affectionis hepatis ſymptoma: interdum quoq; et natura bilem per cutim excernere contendente, ſed nequeunte: veluti in abſceſſibus omnibus fieri conſueuit. Verum in aphoriſmis de huiuſmodi morbis regijs eſt enunciatum.

82 *Lumborum tetanus, atque in melancholicis per venas ſpirituum interceptiones cum fuerint, ſanguinis detractione ſoluuntur.*

Cum inquit, propter melancholicum ſanguinem in venis redundātem ſpirituum interceptiones fiunt, ſanguinis miſſio ſoluit, ſi interceptionem dicit ſpirituum, qui in arterijs ſunt (nam & arnes fiunt, ſanguinis miſſio ſoluit, ſi interceptionem dicit ſpirituum, qui in arterijs ſunt (nam & arnes vocabant Græcis terias, antiqui venas appellabant) quænam alia fuerit, quàm pulſus carentia priuatioq;: ἀσφυξία

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ἀσφυξίαε dicitur: si vero eorum, qui in pulmone sunt, spiritui interceptionem dicit, rursum & appellatam apnœam, quasi non respirationem dixeris, obscure insinuabit. Potest quoque sanguinis tum copia tum crassitudo non arterias modo inflare, vt permeare non possit, verum quoq; & proprie appellatas venas. B

Cum autem ob tendines vehementer in anteriorem reuellũtur partem, sudoresq; circa ceruicem faciemq; oriuntur, morsis ob laborẽ et arescentibus ijs, qui ad ὀυρεῶων, id est caudam vergunt, tendinibus: crassissimi hi spinam continuant, qua maxime enatæ copulæ ad pedes vsq; finiuntur. Is si neq; febris, neq; somnus superuenerint, fuerintq; secutæ coctionem habentes vrinæ, sudoresq; iudicatorij, vinum creticum vinosum bibat, edatq; polentam coctã. Cerato quoq; perungatur: & crura ad pedes vsq; calidis in pelui madefacta, superimposito uelamine cõtegantur. brachia item ad digitos vsq; inuoluantur. Spinam præterea à ceruice ad coxam vsq; molli pelle, quæ pinguedine & cera illita sit, velabis ita, vt anteriora etiam contineantur. Intermissisq;, quæ per vtriculos fiant, fomentis, calida perfundes aqua, linteo obuolues, & in conclaui cubare ægrũ facies. Ventrem autẽ ipsum noua admodum solueris, nisi balano, si longo iam tempore se continuerit, idq; si bene tibi processerit: sin autẽ, mõdi radicem in vino odorato tritam, & daucum mane ieiuno, prius quàm madefeceris, propina. Post hæc cito farinam coctam tepidã voret plurimã. vinumq; cũ voluerit, bene temperatũ superbibat, idq; si ad melius tibi processerit: si non, prædicere te oportet. 83 * Aſ. μέσαι .i. mediæ * Aſ. moleos F

Sermo quoq; hic indistincte & indiscrete est prolatus, præter id, quòd & nomina quædam impropriè scripta sunt. Nempe ob laborem morderi tendines impropriè est dictum, verbo hoc mordere acribus humoribus & non doloribus quadrante: præterea & quod in principio dictionis dicitur, Vehementer in anteriorem reuelluntur partem. Deinde ait, Arescentibus, qui ad ὀυρεῶων, id est caudam vergunt, tendinibus, qui crassiores spinam continuant. Eos, qui vsq; ad caudam protenduntur, ita vocans. Appellant autem ὀυρεῶων, ossis extremũ. Quòd si partem vtranq; tendi manifestare voluerit, atq; tum in scapulas, tum in pectus tetanum intendi, fieri sane potest: quo modo paulo ante dixit, Tetani lumborum. Non tuto autem morbi facilitatem ex vrinarum concoctione prænoscit. Nempe, tametsi febris cruditates per vrinas manifeste iudicẽtur, morborum tamen musculos infestãtium, haudquaq; secura est per vrinas significatio: sed hoc quidem exiguũ. Vinum autem his exhibere distinctione non facta, vtrum ne ob frigiditatem passus æger fuerit, an aliam ob causam, non exiguũ est delictum, immo petulans potius immodestumq;. Absq; item ratione dictum est ventrem soluendum non esse, nisi balano. Nempe in huiusmodi morbis commode interdum soluitur. Cætera dictionis manifesta sunt.

Morbi omnes soluuntur vel per os, vel per aluum, vel per vesicam, vel per aliam, quæ talis sit, partẽ. Sudor autem morbis omnibus est communis. G 84

Sermo hic neq; vniuersalis est, neq; communiter inest omnibus: neq; enim per hæc solum morbi soluuntur, verum quoq; & per vterum, & per sanguinis è naribus eruptionem.

Quibus à capite fluxio est, his elleborum dare oportet. 85

Elleborum dare omnibus, quibus à capite fluxio est, non est necesse. Nempe interdum capiti soli prouidere consueuimus.

Quicunq; propter absessum, vel phleborrhagian, vel incontinentiam, vel aliam quã piam fortẽ causam suppurantur, his ne elleborũ dederis: neq; etenim proderit: & si quippiam afficiatur æger, feciſſe id videbitur elleboris. Si vero corpus dissoluatur, vel caput doleat, uel oppleantur aures, vel nares, uel sputatio, vel genuũ grauitas afficiat, vel corpus præter solitum tumeat: quodcũq; horum contigerit, dabis: modo hæc neq; ob potũ fiant, neq; ob veneres, neq; ob tristitiam, neq; ob vigilias. Si enim quippiam horum causam fecerit, ad id curationem dirigere oportet. 86

Phleborrhagian, venarum ruptionem dicit. Quòd autem neq; ex huiusmodi causa suppuratis, neq; ijs, qui propter absessum, neq; ob causam aliam afficiuntur, dare elleborum oporteat, nemo ignorat. Sed qui ob incontinentiam intẽperantiamq; suppurantur, perperam in hoc recensentur catalogo, intemperantia ipsa per se intemperantes lędente, vt redundantia, cruditate, crapula, venere multa, vigilijs, & quibusdam similibus. Cæterum prædicens, quibusnam elleborum exhibere oporteat, inquit, Si vero corpus dissoluatur. i. fractum admodum reddatur, absq; ſ. manifesta causa, vel dolor in capite diuturnus & solutu difficilis fuerit. Nempe & id te subaudire oportet in capitis dolore, & deinceps in ijs, quæ serie continuata dicuntur omnibus: oppletis ſ. auribus, naribus, & sputatione. Adijcit & genuum grauitatem doloremq;, & corporis præter solitum tumorem. In omnibus siquidem ijs, quæ sine manifesta causa facta sunt, vult elleborũ exhiberi. Diuertens autem sermonem vniuersalẽ ad particularia inquit, Modo neq; ob veneres, neq; ob curas, neq; ob vigilias dicta facta sint. Si enim ex horum aliquo facta sint, pugnandum aduersus efficiẽtem causam præcipit. Quænam autem ex his omnibus, quæ recensuit, vere diligẽterq; dicta sint, & quæ non, didicisti tum in Hippocratis libris, tum in commentarijs nostris. H

Dolores ex itinere si fuerint, laterũ, dorsi, lumborũ, & coxarum, & qui inter respirandum dolent, occasionẽ habentes 87

Abẽtes. Sæpius enim dolores ex crapula cibisq; inflãtibus ad lumbos & coxam venire consueuerunt. Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. Horum iter causa est, coryzæ item & raucedinis.

Sine ordine hæc interpretatus est. Nam prædicens dolores ex itinere, laterum, dorsi, lumborum, & coxarum, rei inanis exhibitionem repræsentationemq; fecit, perinde atq;, quonam modo hæc curentur, esset dicturus. Deinde facto ita additamento, Sæpius enim dolores ex crapulis cibisq; inflantibus venire consueuerũt. intulit, Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. Post hęc quoq; inquit, Horum iter causa est, coryzæ itẽ & raucedinis. acephalum vt quispiam dixerit, idest sine capite & vertice rei faciens sermonem.

88 *Quæ ob victus rationem eueniunt, multa quidẽ vnusquisq; pro nõ assueta victus forma maxime declarat. Nã, qui prandere non consueuerũt, & pransi fuerint, his tumor ventris ingẽs accidit, dormitatio, & proiectatio, & plenitudo: quòd si supercœnauerint, vẽter turbabitur, Thi à balneo (cõfert enim) dormiãt: expergefactiq; plures lenta ambulatione absoluãt circuitus: & si vẽtrem exonerauerint, cœnent, parumq; vini, sed meracioris, bibant. Si vẽtrẽ non exonerauerint, corpus calido perungãt. Et si sitierint, vinũ aquosum albũ & dulce bibant: si non, amplius dormiãt, conquiescantq;. Cæterum talis instituatur victus, qualis ex crapula laborãtibus institui solet. Pocula aquosiora tarde meant, ac veluti in orbem aguntur, circaq; hypochondria innatant, et non decurrũt ad vrinas. Quibus qui repletus fuerit, nullũ celeriter ex his absoluet opus, quæ compositũ corpus vi & celeritate conficere potest. Maxime autẽ quiescat, donec cũ cibis concocta fuerint. Meraciora vero & austeriora palpitationem in corpore, atq; in capite pulsum efficiũt. His bene fuerit, si superdormiant, calidumq; quidpiam sorbeant ex ijs, quæ suauissima habent. Ieiunium enim aduersus capitis dolorem crapulamq; malum est. Qui semel tantum die cibum assumunt, imbecilli fiunt, & calidũ mingunt, vtpote præter consuetũ vacuati: os ipsis salsum efficitur, & amaricat: atq; in quouis opere contremiscunt, tempora contenduntur: cœnamq; non ita concoquere perinde, atq; pransi fuissent, queunt. Minus igitur, quàm consuerunt, bibant, liquidiorem q; maxam panis loco assumant: atq; ex oleribus rumicem, vel maluam, vel betas, & ptissanam. Dum autem cibantur, vinum modice bibant, aquosius q;, atq; à cœna parũ ambulent, donec excurrat vrina, minxerintq;. Piscibus præterea elixis vtantur.*

Totum hunc sermonem in legitima libri huius parte abunde tum elaboratum, tum explanatum scimus. quo fit, vt ex illis, quæ modo dicãtur simili possis, tum discernere, tum iudicare. Neq; mihi diutius morari in his est necesse.

89 *Cibi autem maxime notas & indicia faciunt.*

C Eduliorum vim nõ ex ratione aliqua sed experientia iudicari conuenit. Neq; hic refert ἐρώματα vel ἐδέσματα, id est cibos vel edulia dicere. Cæterũ, qui hæc scripsit, tale quippiam ostendit per hoc verbũ, ἐπισημαίνειν. i. notas et indicia facere. Nempe nota corporibus signumq; fit (vt inqt) secundum vnamquãq;, quæ ex cibis valentibus fit, mutationem. Consequenter autẽ ea enumerat.

90 *Allium flatum parit, caliditatemq; in thorace, capitis item grauitatem facit, & cibi fastidiũ, si et alius quispiã dolor ex cõsuetudine ante infestauerit, irritat. Cæterum vrinas ciet, estq; hoc præditum bono: eumq;, qui potaturus sit, & sese crapulæ daturus, vorare allium optimum est.*

Si vnumquodq; eduliorum experientia iudicandũ sit, non recte dictum esse videẽ flatuosum esse allium, neq; caliditatis maioris sensum, q̃ cepam comedentibus, inferre nec in vlla alia corporis parte, neq; etiam in thorace: neq; similiter ἄσσων. i. cibi fastidium, & potissimũ vbi quis ipsum parũ ante feruefactum assumpserit. Eduliorum aũt multa corpus, si plethoricũ fuerit, calfãciunt. cum vero ante vacuatum fuerit, siccant abunde. Peccauit igitẽ libri huius auctor, qui indiscrete rẽ enunciauit. Nam melius erat, vti dictũ est, definire. Impræsentiarũ aũt simpliciter de allio cẽsuit. * Aſ. humectãt D sed melius fecisset, si & exiccare & calfacere ipsum dixisset, & non flatuosum esse. Nempe aduersus indiscretum indistinctumq; ferre sententiam consuetudo non est. Subaudire aũt oportet, vbi tẽpestiue datum fuerit: quod parato ante corpore manifestat. Ante aũt paratur, si neq; plethoricũ neq; cacochymum fuerit. Non recte igitur capitis grauitatẽ ab eo fieri ait: Nempe, si præuacuato corpore allium obtuleris, capitis grauitatẽ sanabis, partisq; alterius ois. Demiror aũt, quonam pacto, quæ hucusq; percurrit, præfatus, deinceps dixerit/Eumq;, qui potaturus sit, & sese crapulę daturus vorare ipsum optimũ est/. Videtur aũt ex his neq; crapulam neq; ebrietatem efficere, sed ab his ita pſeruare, vt & grauitatẽ expellere possit, & flatus sanare. Vera q̃dẽ hæc dixit, atq; adhuc excientibus vrinas vnum esse allium. Sed alia falso adiecit, simulq; & pugnantia, si dicantur.

91 *Caseus flatum parit, atq; astrictionem, cibosq; accendit, & crudum quoq; incoctumq; existit: atq; ijs, qui se potu repleuerunt, deterrimum est.*

Caseus recens & mollis duro & sicco flatuosior existit: minusq;, q̃ durus siccusq;, astringit. i. ventrem sistit. Siccus etenim flatuosus minus est, sed ventrem magis sistit: præterea & siticulosus magis existit: quod ostendit, cum inquit/cibosq; accendit/. Crudum aũt & incoctum in dictionis iacet medio: quod exacta enunciatione caret. Ostendit aũt, q̃ crudum omne incoctumq; in cor-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

poris humoribus contractum ex huiusm odi edulijs fieri natum est: cuiusmodi est caseus, crudum & incoctum existens edulium. quasi ita diceret, Caseus flatum parit atque astrictionem ventris, æstuosusq; est: præterea & crudum & incoctile est edulium, talesq; succos generat. Ait præterea & deterrimum esse ijs, qui se potu repleuerũt: quod & idiotis ipsis patet. Neq; siquidem aliàs bonum est edulium caseus, vtpote qui crassum succum & coctu difficilem pariat. Si vero inter bibẽdum eo quis vtatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur. Grauat siquidem os vẽtris, primumq; corrumpitur, & alia deinceps secum corrumpit. E

Legumina omnia flatuosa sunt, & cruda & elixa, & fricta: minime autem vel macerata vel viridia: his aũt vtendum non est nisi cum cibarijs. Sed horum singula suum vitium habent. 92

Ventrẽ implent legumina oia, coctuq; difficillima sunt, quæ cruda existunt: fricta, flatuosa minus, sed concoctioni nõ minus renitũtur. Quæ aũt plurimum elixa sunt, ea existũt moderatiora. Quod aũt sequitur, in exẽplaribus non nullis scriptũ est ita: Et macerata, & viridia. vt talia p̃fatis vitijs sint p̃dita. In quã plurimis vero nõ ita scriptũ reperitur, sed principio altero in hunc modũ: Minime aũt vel macerata, vel viridia. Viridia dicunt, quę neq; sicca sunt, neq; exqsite iã perfecta. Macerata vero, quæ in aqua fuerint madefacta. Cæterũ leguminibus haudquaq̃ sine cibarijs vtẽdum esse præcipit: cibaria nimirum eos, qui ex tritico panes fiunt, affirmãs: vel simpliciter omnia, quę quouis modo parantur: vel forsitan & alia omnia, ex quibus panes conficiunt, zeam scilicet, tipham, & hordeum, rustici ex milio panes conficiunt. F

Cicer flatum parit crudum fricturnq;, & laborem. 93

Sunt, qui cicer scribant ob id flatuosum esse, q̃ pudenda intendat. Quòd autem in fine dictionis laborem dixerit, id ad eum referre oportet, qui propter inflationem fit, dolorem.

Lens astringit, atq; turbationem facit, si non detracto cortice ingeratur. 94

Vocem hanc ἄρα ϱον, turbationem quandam & veluti pugnam, quæ in ventre ex discrepantibus facultate cibarijs oritur, significari dixi: quo modo & nunc significat, si cum cortice assumatur: vtpote quæ, q̃ caro ipsius, longe coctu difficilior existat.

Lupinus inter hæc minime mala habet. 95

Vocabulum hoc ἥκιστα, id est minime, vocabulo huic μάλιστα, id est maxime, contrarium indicat. Lupinum autem minime prædictorum omnium ait habere mala. G

Laserpitij tum caulis, tum succus non nullis quidem maxime, tnexpertis vero per ventrem nõ descendit. Nominatur autem hoc malum cholera arida. 96

Laserpitij radicẽ hoies æquiuoce cum tota herba vocare consueuerunt. hanc & herbæ succum inexpertis, id est inassuetis siccã generare cholerã ait. Sed, quænam ea sit, post paulo ipse docebit, ita inquiens, Ab arida cholera venter inflatur, & strepitus insunt. Patet ergo spiritũ flatuosum ex laserpitij ingestione colligi in vẽtre. est. n. acre & æstuosum. Quidnã aũt significet vocabulũ hoc, /Nõ nullis/nihil ex dictione est manifestũ. Atq; ob id explanaturus quispiã horum singula, quod maxime probabile sibi videbit, dicet. Nẽpe in talibus dicere, quod ex ratione est, difficile existit.

Maxime autem id fit, si cum multo caseo, aut bubularum carniumedulio misceatur. 9

Siccam ab eo vocatam choleram ait maxime his fieri, qui laserpitium simul cum caseo multũ ingesserunt, aut cum carne bubula. Nempe flatus, qui ex laserpitio oritur, cum emplasticis & tarde penetrantibus edulijs mistus manet in ventre, & non descendit. H

Bubulæ etenim carnes melancholica proritãt pathemata. Nempe harum natura insuperabilis est: nec quiuis vẽtriculus eas concoquere potest. 98

Agebat quidem de laserpitij virtute, sed bubularum carnium esum supermiscuit, factoq; ad pathemata melancholica transitu, ea à bubulis carnibus proritari ait. Deinde geminas assignãs causas hoc ait, Nempe harum natura insuperabilis est. Vsus est igitur hac cõiunctione, Nẽpe, eorum modo, qui dictorum causas referunt. Non tamẽ, cur à bubulis carnibus melancholica proritẽtur pathemata, causam dixit: quanquã aliam quampiam communiorem dixerit, qua. s. natura ægre conficiatur, & valida sit. Natura enim ea insuperabilis est, quam nullus superauerit.

At optime liberabuntur, qui perelixis vtentur & perquàm vetustis. 99

Hæc quoq; sermonis textura vniuersaliorem habet admonitionẽ nõ in melancholicis. Nã bubulis carnibus & perelixis & vetustis vti præstat, sicuti & alijs oibus, quæ difficulter cõcoquunt. At improprie voce hac βέλτιστα. i. optime, est vsus. Neq;. n. melancholico laborantes morbo, neq; homo alius q̃spiã vel sanus vel æger optime liberaẽ, bubulas carnes & perelixas & vetustas ingerens.

Arens. Nẽpe inter oia, quæ edũtur, hæ non bonã præstant alimoniã. bene tĩ talia ingerẽtes cæteris minus lædũtur. Si ergo pro voce hac βέλτιστα dixeris ἥκιστα. i. minime, sermonẽ reddes integrum.

100 *Caprinæ carnes, quæ in bubulis mala sunt omnia, habent, & cruditatem. Suntq; flatuosiores, ructusq; magis generant, & cholerã pariunt. Verum, quæ odoratissimæ, solidæ, & suauissimæ sunt, hæ optimæ sunt, tũ perelixæ, tum frigidæ: quæ vero suauitate omni carent, male olent, & duræ sunt, hæ deterrimæ, & quæ recentes.*

Cur caprinæ carnes bubulis vitiosiores sint, causam hoc in loco dixit. Nempe, cum coctu difficiles bubularum modo existant, flatuosiores etiam sunt, & sæpius mouent ructus, qui malam habeant qualitatem. Cum igitur bubulis & acriores & calidiores sint, si incoctę maneant, choleram pariunt. Qua efficitur ratione, vt frigidas eas magis, q̃ calidas, esitare oporteat.

101 *Optimæ autem æstate, autumno vero penitus illaudabiles.*

Optimas esse ait caprinas carnes, inter se quidẽ non cum cæteris comparatas. oportebat igitur, quantum ad anni tps attinet, vitiosissimas ob temperaturam esse. Contingit aũt capris tempore æstiuo meliorem esse alimoniam: quo modo praua sunt, quæ herbas vorant animalia, vbi viridẽ herbam non habeant. Capris autẽ maxime idoneam præbent alimoniam germina arborum caulesq;: quos à fine veris æstas largiter & copiose habet. Quòd aũt alimonia ad carnis bonitatẽ plurimum possit, potes ex vulpibus certior fieri, quæ autumno probatissimam ob vuas habẽt carnẽ. Sic passer & ficedula maxime laudabilem carnem obtinent. Autumno igitur capræ nutrimento idoneo destitutæ tum deterrimam, tum perq̃ tenuem habent carnem. Hyeme aũt meliorẽ sanguinis consequuntur habitũ, naturalem intẽperiem à temperatura temporis contractam corrigẽtes. B

102 *Porcelli carnes praue sunt, cũ vel crudiusculæ vel ambustæ fuerint. Nempe tum choleraceæ sunt et turbatoriæ. Suillæ autem carnium omnium optimæ sunt: valentissimæ vero, quæ non admodũ neq; pingues neq; graciles sunt, nec victimæ veteris ætatem sunt assecutæ. Edendæ vero sunt detracta pelle & frigidiusculæ.*

χοῖρον proprie appellabant veteres porcum valde paruum, vt apud poetam reperitur, ἔσθιε νῦν
ὦ ξεῖνε τὰ δὴ μώσσι παρεστι χοίρε ἀταρ συάλους γε σύας μνησῆρες ἔδουσιν. i. vescere nunc ò hospes, seruorum cibus porcelli sunt: Proci etenim plus, q̃ absolutos, edunt sues. Nõ sanè video, quo pacto syalos ederent proci, (nã & syalos veteres appellabãt sues eos, q perfectos absolutosq; supra essent,) nisi q̃ & ignarissimi essent dignoscendorũ tum eorũ, quę facile cõcoquũtur, tum suauium edulio rum: quales & sese ostendebant, cũ ventres caprarũ pinguí & sanguine plenos esitarent. quo sanè quod difficilius cõcoquatur, edulium reperies nullũ. Caro aũt optima tum ad suauitatẽ tũ ad cõcoctionem eorum est, qui mediam ætatẽ sunt assecuti: hæc etiã sanguinẽ bonum gignit: veluti deterrima est porci vetustissimi, atq; eius, qui confestim à partu voratur, porcelli. Nẽpe hi terrestriũ fere omnium, quæ vorant homines, animalium maxime humidã obtinent carnẽ. Atq; ob eã rem, cum nuper genitorũ caro exuperanter humida sit, plurimã inde generat pituitã: &, si subcrudior fuerit, multo adhuc magis. Simili quoq; ratione pinguissimã suum carnẽ ea, quam medij & bene carnosi habẽt, deteriorem existimat, suspicionẽ humiditatis habens, ob quã pinguedo oĩs carne sui generis deterior tum ad concoctionẽ, tum nutritionẽ existit. Quæ aũt ob aslationẽ ambustæ sunt, tum ad succi bonitatẽ, tum ad concoctionẽ sunt inhabiles, choleramq; pariũt propter eam, quæ his accedit, acrimoniã. Nempe ea choleraceorũ eduliorum cõmunis est malitia, cum & humida & acria fuerint. Talia siquidem similiter corrumpuntur, suaq; acrimonia vasorum eorum, quę ad ventrem decũbunt, ora remordent: atq; fluxionum earum, quæ ex toto corpore in eum fiunt, causæ efficiuntur. Quòd aũt porcelli absq; pelle, id est absq; cute edendi sint, nemo ignorat. Non enim cutis aĩalis carni similiter cõcoquí nata est, vtpote q̃ frigidior existat. Frigidiusculos quoq; & hos manifeste edendos præcipit, calidas oẽs carnes veritus, ac fortasse calidas frigidiusculis tũ æstuosiores tum flatuosiores esse existimãs. Ego aũt in caprinis carnibus, & quæcũq; calida sunt natura, sermonem admitto. In moderatis vero tũ caliditate tũ frigiditate, cuiusmodi suillæ carnes sunt, simplr idiscrete ita dici nõ admitto. Nẽpe ei, q distinxerit, calidæ frigidis idoneæ magis erũt. D

103 *Ab arida cholera vẽter inflatur, strepitus fiũt, et dolor tũ laterũ tũ lũborũ, nihilq; aluus deijcit, sed astringitur.*

Choleram ab hoibus simpliciter appellatam ab arida per humiditatẽ distinguit. In vtraq; autẽ noie cõmuni est vsus, generationis modũ, q cõmunis est, respiciens. Vt. n. cholera humida ex acri noie cõmuni est vsus, generationis modũ, q cõmunis est, respiciens. Vt. n. cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex esorũ corruptione prodierũt, sic arida ex spiritu flatuoso acri. Quo fit, vt, quæ prope ventrẽ sint, neruosa corpora mordeant, intendãturq;, & dolorẽ pariãt. At, cũ spiritus hi possint interdum q̃dem retineri, interdũ & exire, aridã propter retẽtos spiritus generari cholera asserere nõ possum. nã probabilius fuerit ita appellare eos, qui penetrant egeruntur q;.

104 *Ita affectũ, ne vomat, seruato, venterq; subducatur. Clysterem ergo ex calido & perquàm pingui adhibebis: per unctumq; in aquam demittes calidam, & quàm plurimam in scapha reclinans, & calida sensim perfundes. &, si calfacto venter subducitur, morbus solutus est.*

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Quã citiſſime clyſterem exhibere & vomitum prohibere præcepta ſunt cõmunia omniũ, quæ E
in ventre præter naturam cõtinentur, & quæ vt excernãtur, appríme contendímus. Simili modo
& calidũ exhibere clyſma: prouocat ſiquidem calidum, & frigidum reprimit. Clyſma aũt píngue
aridam proprie ſanat. qm̃ & vírtute contrarium eſt, ſiccitatem nimirum humectans, morſuſq; le-
niens. Eundẽ habes ſcopũ, ſi in ſcapha fouẽdo tum aqua tũ oleo & calfacis, & mitigas, ſolariſq;.

Confert quoq; & huic dormire. 105

An eum, dum in ſcapha fouetur, dormire velit, an ſine illa, non conſtat. Quòd autẽ ipſum dor-
mire per ſe cruditatibus omnibus maximo remedio ſit, conſideranti patet.

Bibere item vinum tenue & vetus & meracius. 106

Vínum qdem exhíbent, vt concoctioni adiumẽto ſit: ſed tenue, vt in ventre non moreẽ: vetus
vero & meracius, vt calfaciat magis. Vinũ ſiqdem omne habitũ calfacit, magiſq; quod vetus eſt.

Oleum quoq; dabis, vt quieſcat, & venter ſubducatur, & ſoluatur morbus. 107

Oleum, quæ acria ſunt, lenit, placatq;, & ſiccitatem emẽdat, vẽtremq; moderate ſubducit: qui F
bus omnibus ei qui curatur eſt opus.

A cibis autem atq; ãlijs abſtineat. 108

Sí corpori nihil deſit, nullaq; apponẽdi quippiã premat neceſſitas, & cruda quædã concoctio-
nis índiga cõtineãtur, his requie eſt opus & nõ cibarijs, prius q̃ cõtenta mediocriter cõcoquãtur.

Verum, ſi dolor non ceſſauerit, lac aſinæ bibendum, vt purgetur, dabis. 109

Si feceris, quod dictũ eſt, & dolor nõ ſoluatur, contriſtãtis cauſæ maiorẽ eſſe acrimoníam exiſti
mandũ, atq; ob id corpus purgare oportet. Lacte aſinæ vtẽdũ præcipit, quod purgãtia inter medi
camẽta omnia mitius trangłliusq; exiſtit: id quoq; & lacte oi humídius ẽ, et vẽtrẽ magis ſubducit.

Si venter liquidus fuerit, biliſq; excernatur, vexentq; tormina, & vomitus, & mordicationes, quieſcere his eſt 110
optimum, mulſam bibere, & vomere.

An de arída adhuc cholera agat, an per ſe hæc intelligenda ſint, non ſatís conſtat. Sed, quocũq;
res ierit, contineri in ventre videtur bilis, quæ acris & eluí contumax ſit. Ventrem aũt moderate G
ſubducere, atq;, quæ in vẽtre cõtinentur, concoquere molitur. Subducetur aũt mediocriter aqua
mulſa: & per requiem concoctio fiet. Qui aũt in affectionibus huiuſmodi ſæpius valẽter auxilia-
tur, is cacochymiam valente medicamẽto affatim expurgat, vires ægri & habítum contẽplatus,
anni tempus, ætatem, & conſtitutionẽ. Quod aũt in fine dictionis dicitur, mulſam bibere & vo-
mere, quaſi ſuperiorem ventrem expurgari auctor voluerit, melius cum aduerbio, non, dicetur.
Nam mulſa detergendi pollens facultate, quæ corrupta ſunt, in naturalem præuertit viam, idq; ci
tra oris ventris tum læſionem, tum periculum, quæ per vomitum contrahi poſſunt.

Hydropũ duæ ſunt naturæ, quorum hypoſarcidius, ſi hominẽ aggreditur, vitari non poteſt: alter ex flatibus con- 111
ſtat: multaq; & bona indiget fortuna. Curatur tolerantia, fotu, & temperantia. Sicca autem & acria edat. Ita
enim maxime tũ minget, tũ valebit. Si difficulter ſpirauerit, fueritq; anni tẽpus æſtiuũ, & floruerit ætas, viribuſq;
fuerit valẽtibus, ſanguinẽ à brachio tolles: deinde calidos panes ex vino nigro et oleo tinctos edendos dabis: iſq; quã
minime bibat, & quam plurimum laboret: ſuillamq; carnem edat carnoſam ex aceto coctã, vt aduerſus arduas re-
ſiſtat inambulationes.

Sunt, qui non hypoſarcidium, ſed epiſarcidium ſcribant. Neq; tñ anaſarca & cataſarca alicubi H
ſcriptum reperi, quanq̃ recentiores ita nominẽt. Cum aũt hydropum naturas duas affirmauerit,
atq; de poſteriore flatus citra quoduis aliud ſymptoma dixerit, de priore autẽ nihil oino, non ſolũ
in aliquo cõfuſus videẽ, verũ quoq; & in hydropũ differentijs falli apparet. Quidã ergo ex medi-
cis quatuor hydropũ differẽtias eſſe affirmãt, à iuſto recedentes: aduerſus, quos verba impræſen-
tiarum facere tempeſtiuum non eſt. Verum, qui hæc ſcripſit, manifeſte defecit. Nempe hydropũ
vnus humidi ſubſtantia tenuis copiam in tota inferiore thoracis regione aceruat, quã aliquando
perpurgãtes, humidũ euacuamus. Alter locũ hunc nõ aqua, ſed ſpiritu plenũ habet, & fere ſupe-
riora oia tumẽtia: hũc Tympaniam appellãt. Alius aũt habitũ totũ pituitę plenũ habet: eũ Hipo-
ſarcidiũ nõ nulli appellãt. Quo fit, vt deficiẽter duas hydropum eſſe naturas dixerit. Neq; etiam
recte protulit ἐγχειρέων γίγνεσθαι. i. ſi aggrediẽ. Nã verius dixiſſet ita ſcribẽs, Interficit aũt protinus,
poſtea q̃ factus fuerit. Scripta eſt aũt ita dictio, ſed perperã, ab eo, q̃ primum ſcripſit. Alterius ſanẽ
hydropum, quẽ ex flatu conſtare ait, ſanationẽ ſcribit, quæ profecto hydropũ omniũ, quod com-
mune eſt, habet. Principio aũt ſcripſit tolerantiam, fotum, & temperantiã, calida & ſicca guſtare
admonens: quod ſolius anaſarca eſt, quem, vt inſanabilẽ, prætermiſit. Nẽpe hic ſolus, cũ incipit,
eget interdũ ſanguinis detractione, cum ſcilicet ex retẽtione vel hęmorrhoidis, vel muliebrium,
vel ex

A vel ex quapiam, quę ita plethorica ſit cauſa, inceperit. Tympaniã vero, & Aſcitem nullus per ſan-
guinis miſſionẽ ſanare eſt auſus. In eo igitur, qui ſanguinis detractione eget, fiat, quę ſubſequens
eſt curatio, quæ ſcilicet calfacit & ſiccat. Sanè libri huius auctor ad id, quod expedit, intentionem
direxiſſe videẽ. Non tñ recte dixit. Si difficulter ſpirauerit, ſanguinis eget detractione. ſi non pro-
pter plethoram hydropa incurrat, prope ſcilicet ad extinctionem accedente naturali caliditate, vt
igni contingit. Nempe, vt ignis prope extinguitur immiſſis lignis tum humidis tum multis, niſi
quis multitudinem ſuſtulerit: ſic & in frigidiore ob copiam ſanguine, vbi calor natiuus prope ex-
tinguitur, præſentiſſimum eſt remedium ſanguinis miſſio, quo tempore periculũ ita prehende-
rit. Perperam quoq; dictioni apponiẽ, fueritq; anni tẽpus æſtiuũ. Nempe plus minus auferendi
ſanguinis alia quædã ſcopi eſſe dicta ſunt: ſicuti & anni tẽpus: auxilij vero huius, affectionis natu-
ra. Dioſcorides nõ æſtiuũ anni tps ſcripſit, ſed vernũ, vírtutis exolutionẽ æſtate affuturam ſuſpi-
catus, hyeme vero affectiõis refrigerationem. Vulgariter aũt & inepte admodũ panes calidos ex
vino nigro & oleo ei, cui ſanguis eſt detractus, exhibet, ſcopum quidẽ verum roborandæ vírtutis
habens, vt exercitationũ patientijs ſufficere poſſit. Sed materiã ſcopo dignã non inuenit. Vinum
etenim nigrũ, ſanguinẽ plurimũ generat, ſed tm̃, vt & ſuperfluus ſit, & melãcholicus fiat. Verum
B huic melius eſt vinũ dare fuluũ, tenue quidẽ ſubſtantia, vt vrinas moueat, ſed nõ ætate nouũ: quo
modo ſanè multis cõtingit. Vinorũ etenim nouorũ nullum eſt fuluũ, ſed vel albũ, vel rubrum, vel
nigrũ: vetuſtate aũt fiunt & fulua & flaua. Atq; quã minimum bibere, & quã plurimũ laborare re
ctiſſime eſt dictũ. Nẽpe talis viuẽdi modus calfacit & ſiccat. Suillæ carnes, ſi, quo dictũ eſt, modo
edãtur, florẽtibus ætate & validis dari poſſunt: cæterorũ aũt nullus eas, pbe coquere põt, vtpote q
iam, ppe eſt, vt caloris natiui patiatur extinctionẽ. Melius ergo ita affectis dare, quæ, pbe coquẽt.

112 *Qui ventrem inferiorem calidum habent, ſubeuntq; acres deiectiones & inæquales, hi à colliquatione id patium*
tur: qui ſi ualentes fuerint, reuelles elleboro albo: ſi, non cremorem tritici frumentacei craſſum frigidumq; dabis, &
quod ex lente etnos conficitur, panemq; ſubcinericium, & piſces febrientibus quidem elixos, non febrientibus vero
aſſos, vinum præterea haudquaquam febrientibus nigrum dabis. Alijs vero aquam aut à meſpilis, aut myrtis, aut
malis, aut ſorbis, aut palmulis, aut vitium œnanthe.

Excrementa his ob inuſtionem non ob colliquationẽ ſubire proprie magis dixiſſet. Nam col-
liquatio in eo fit aſſumpta contabefactaq; propter febrẽ moroſam vel pinguedine, vel molli car-
ne. Inuſtio vero in ventre oritur, ppter acrem eorũ, quę ingeſta ſunt, caliditatem, ob quã & febrire
C contingit. Elleborum ergo huic album exhibet: quod indicauit per hoc verbũ ἀντιπῶσαι. i. reuel
lere, nẽpe per vẽtrem ſuperiorẽ. Si vero æger quauis ex cauſa nõ poſſit elleborum aſſumere, vice-
ritq; acrimonia, pocula dare iubet tum aſtringentia, tum refrigerantia. Adijcit aũt edulijs, & quæ
aſſiccare poſſunt, veluti panes ſubcinericios, atq; aſſos piſces. His ita & non ſine ratione enuncia-
tis, quemnam ventrẽ inferiorem dicat, eſt contẽplandum. Veteres. n. thoracẽ interdum ventrem
ſuperiorẽ appellantes, alimenti receptaculũ omne, quod à ſepto tranſuerſo eſt, ventrẽ inferiorem
noiant. Interdum aũt v entrẽ ſuperiorẽ appellãtes, in quẽ cibi aſſumuntur, quæ ab eo ſunt oia, ven
trem inferiorem vocitant: Interdũ quoq; & ſola, quę craſſiora ſunt inteſtina: Sunt, qui cœlon dũta-
xat ventrẽ inferiorem vocant. Forſan igitur quę ſiuiſſemus, quãnam vel quaſnã ex p̃dictis partícu
lis, pbabilibus impræſentiarũ intelligere deberemus, ſi effatu dignũ quippiam percepturi fuiſſe-
mus. Sed, qm̃ horũ inuentio nihil nos admonet magis, cẽ ea, quæ ipſi & ſcimus & diſcernimus, q
nõ nulla qdẽ recte dicta ſunt, nõ nulla vero nõ, cognitionisq; curioſitatẽ magis, q̃ cõmoditatẽ, ha-
bent, melius eſt cito relinquere, & potiſſimũ cũ huiuſmodi liber Hippocratis legitimus nõ ſit.

113 *Si vero febris non habeat, & tormina adſint, primum quidem lactis aſinini calidi pauxillum, deinde ſenſim*
D *paulatimq; plus bibat, & lini ſemen, & triticeam polentam miſta hordacea, & ſparſa adempto amaro faba ægy-*
ptia: vel oua ſemiconcreta edat aſſa, & ſimilam & milium, & chondrum ex lacte coctum. Cocta hæc & refrige
rata edat, atq; his ſimilia tum pocula, tum edulia ingerat.

Quàm plurimi exponentium conuenientius hæc cum prædictis componunt, præſentem ſer-
monem adhuc de ijs, qui calidum habent ventrẽ inferiorem, fieri exiſtimantes. Alij, paucíq; ſepa
rant, & ſeorſum exponunt, ſcopusq; his eſt partim quidem cacochymiam expurgare: partim vero
ἐπιπεραννύναι, hoc eſt contemperare infrenareq;: partimq; reſiccare, & partim refrigerare. Lac ergo
aſininũ expurgare poteſt & contẽperare: Lini ſemẽ tũ ſiccare tum refrigerare. Quæ aũt ex tritico
cõficiuntur polẽtæ, cõtẽperãt: q̃bus nõ perperam remiſcẽtur hordeaceæ, vtpote quæ ſiccẽt & re-
frigerẽt. Fabæ ægyptiæ mediocriter refrigerare poſſunt. Oua autem & ſimila & chondrus craſſi
ſunt ſucci & boni, & humorũ acrimoniã infrenãt. Siccat aũt in edulio miliũ, quo refrigerat modo.
Omnia hæc frigida exhibet propter humorũ, q̃ affectũ procreant, tũ acrimoniã tum caliditatem.

114 *Eius medicinæ partis, quæ victu medetur, maximum eſt febrium tum intentiones, tum declinationes non in acu*
tis modo, verum quoq; & in longis obſeruare, vt tempora, quibus cibi offerendi non ſunt, & tuto, & quibus offe-
rendi exiſtunt, cognoſcas, atq; adhuc quando plurimum ab intentione aberunt.

Artis

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Artis ciborum exhibendorum maximum esse ait particulare cibi porrigendi tempus nosse. E
scopumq; vnum ait, & scilicet tempus illud, quo cibus exhiberi debet, quàm plurimum absit ab
febris intentione, quam ἐπίτασιν dicit, accessionis principium intelligens. Id autē non in diutur-
nis solum, sed quoq; in acutis verum esse videtur. Sed quare longis in morbis adiecit: Nempe q
in his magis & forsan solis euidens sit scopus. In acutis etenim morbis deprehensa in pedibus ca-
liditas, cibi tempestiue offerendi signum sufficiens fuit. Non tamen in longis ita nutrire oportet,
sed melior declinationis pars est expectanda: quod in acutis haudquaquam expectari potest timo
re cito futuræ accessionis. Sunt, qui dictionem hanc ita scribant: Eius medicinæ partis, quæ victu
medetur, maximum est, vt in acutis, ita & in longis obseruare & scire, quando cibum dare opor-
teat. Alij finem dictionis ita scribunt: Atq; adhuc, cum plurimum à febris accessiõe aberunt, scire
oportet. vt præter cætera, quæ nos in ægro contemplari voluit, & id admoneat. Quòd siquis per-
quirit, & non particulari tempestiue cibandi inuentioni copulat, id importunum esse de alimonia
præceptum, atq; re nulla dignum videtur.

Cognoscere autem & eos oportet, qui capite dolent vel ob exercitationes, vel cursum, vel iter, vel venatū, vel 115
quēuis alium importunum laborē, vel venerea: Decolores item, raucos, lienosos, exangues, spirituosos, sicce tussientes, siticulosos, flatuosos, & venarum interceptiones. Huc adde, quibus extenta sunt tum hypochondria, tū dorsum, F
tum latera, torpentes, obscure videntes, eos, quibus aurium tinnitus est molestus, eos, qui vrinas non continent, morbo laborantes regio, quorum venter cruda egerit, sanguinem è naribus vel sede uehementer profundentes, inflatos, & quos uehemens labor infestat. Nulli etenim horum, nisi superuicerint, medicamentum exhibebis. Nam periculo ægrum expones, nihilq; iuuabis: sponte naq; tum permutationes, tum iudicationes adimes.

Quòd inordinate, & præparationis ad commentationem modo, omnia hoc in libro scripta
sint, cuiuis patere arbitror. Multa sanè, vt dixi, in hoc bene dicta sunt, ob quæ ijs, quę dicta sunt, nō
recte quidam fidem adhibuerunt, magisq; qui sibi conscij fuerunt veluti discretoria eorum, quæ
scribuntur, scientia carentes. Quæ ergo hac in dictione dicuntur, catalogum habent eorum, qui,
vt medicationem recipiant, idonei non sunt. καθαίρεσθαι autem, id est purgari, & φαρμακεύεσθαι,
id est medicamento purgante vti, idem significant. vt φαρμακεύειν & καθαίρειν. Videamus ergo,
quibusnam ab initio purgationem interdicat. Capite dolentes recenset vel ob exercitationes,
vel alium quemuis importunum laborem, summatim eos intelligens, qui ex intempestiuis labo-
ribus capite dolent, haudquaquam expurgandos. Labores autem intempestiui importuniq; om-
nino sunt, quos præsens hoc tempore corporis affectio ferre non potest. Admonebo autem tete G
impræsentiarum rei, quæ ad multa est vtilis, quam semper in memoria haberi velim. Corpore
igitur nostro ad morbosam affectionem non nunquam parato, ita vt prope completa sit, exter-
num quippiam obueniens eam affectionem manifestauit, febrem videlicet accēdens: vel capitis
dolorem, vel catarrhum, vel tussim excitans, vel aliquod, quod tale sit. Deinde ex eo continenter
ad morbosę affectionis præparationem non sine periculo languent: neq; cursu morbum excitan-
te, vel vehementi omnino motione, vt neque intemperantia, vel refrigeratione, vel alia quauis
simili causa. Nihil etenim horum suapte natura vehementem generare languorem potest. Nam,
si febris ab horum aliquo fiat, hæc ex diariarum genere erit: aut, si symptoma aliquod aliud ge-
neretur, id pauco edurabit interuallo. Et sanè sæpius, vt retuli, propter corporis dispositionem
vnumquodq; horum non morbi causa, sed προφάσις, id est occasio, redditur. Nam huiusmodi
causas proprijssime quis appellauerit προφάσεις, non simpliciter euidentes & manifestas, vt hi
sæpius vocare consueuerunt, cum ab aliqua manifestarum causarum noxa in corpore euidens
fuerit. Si enim nulla alia corporis dispositio affuerit, neque morbus effatu dignus subsequetur: eiusq;, quod in corpore sit, detrimenti, quod ipsum fecit, causa est. Sciueris itaque hoc in lo-
co de his agi causis, quæ non sua ratione corpori afferunt detrimentum. Summa autem horum H
est vna quidem & prima labores varij & particulares: cursus scilicet, luctæ, pancratia, vene-
rea, fricti o, æstuatio, frigus, vigilia, ira, mœror, & timor. Venereorum quidem meminit, ve-
rum cætera subticuit, quanquam virtute eadem prædita forent. Nam, quæ, vt dictum est, spiri-
tum perturbant, ea purgatione non egent, quod morbus huiusmodi à cacochymia contractus
non sit. Ab his autem digressus indicijs auctor, quos prius dixit, declarauit. Proprie autem
κεχρόους, id est decolores, λειφαίμους, id est sanguine carentes, vocant: †eosq;, qui propter aliam affe
ctionem corpus non secundum naturam affectum habent, κακοχρόους, id est mali coloris, appel-
lant. Hi ergo decolores calfieri expostulant tum exercitationibus, tum vini facultate calidi po-
tu, & cibis, qui talem obtineant facultatem. Raucos deinde subiungit. Nempe & horum hu-
miditatem & frigiditatem ob delapsum ad guttur rheuma sanare conuenit, exiccatis scilicet to-
picorum auxiliorum vsu tum capite tum cæteris, quæ affecta sunt, membris. Præterea & lieno-
sos purgatione haudquaquam egere inquit: quod non recte dictum arbitror, cum lienosis, si
alijs quibusdam, purganda sint, quæ nigra existunt. Post lienosos meminit λειφαίμων, id est eo-
rum, qui sanguinis inopiam habent, etsi non aperte manifesteq; fuerint decolores. Deinde mentionem de spirituosis facit, sicce tussientibus, & siticulosis, obscure ita locutus, vt non cō-

† In Antiquis Codi. Legitur. ἔτι τε δὲ ἄλλην διάθεσιν οὐ κατὰ τὴν φύσιν ἔχοντας τὸ σῶμα.

stet

A stet, vtrum'ne singuli horum seorsum intelligendi veniant, an hi tres vnà comprehendēdi. Neq;
adhuc in singulis horū seorsum intellectis pspicuus est sermo, vt & antea iam est enunciatū. Nēpe
πνευματώδεις. i. spirituosos sæpius eos dūtaxat vocant, qui, cum inspirant, aeris indigēt: interdum
aūt & inflatos: quorū vterq; multas habet causas, quas oēs si pcurrero, prolixior, q̄ par sit, sermo
est futurus, præter id, q̄ quidam ex his sanguinis missionem exigere videntur, alij purgationē, &
remedium aliud alij. Sic & sicce tussientes non affectione vna fiunt, neq; siticulosi. Neq; ēt impræ
sentiarum certiores fieri possumus, an'ne de febrientibus siticulosis sermo sit, an de non febrienti-
bus siticulosis, an de vtrisq;. Quòd si vnius horū, quæ in aphorismis recensent, meminerimus, qđ
« vniuersale est, tolletur. Dictū aūt in aphorismis, Si non febriēti inappetentia fuerit, oris ventriculi
« morsus, tenebricosa vertigo, & oris amaror, id per superiora purgatione indigere significat. Si aūt
os amaricat, siticulosi sunt. Pari modo, & quinā flatuosi ab ipso dicātur, haud scio, an videlicet cū
venarum interceptione flatuosi effecti intelligendi sint, cum adsint nō nulli, qui per se legāt. atq;
adeo singula dictionis huius possem transmutare, possemq; oīa, quæ cognoscere vtile sit, citra li-
brorū multitudinē docere: veluti & de ijs, quæ deinceps dicūtur. Ait enim, Quibus extenta sunt
tum hypochondria, tum dorsum, tum latera, torpētes, obscure vidētes, eos, quibus aurium tinni-
B tus est molestus, & qui vrinas non cōtinent. Nēpe in singulis his pathematis & causæ & affectio-
nes sunt multæ, varijsq; egentes curationibus. Quarum profecto non nullæ eā, quæ per bilis edu
ctorium medicamentum fiat, purgationē expostulabunt. De his ergo oībus, atq; adhuc de ijs, quę
deinceps dicuntur, non enunciationes indistinctas, sed distinctiones doctrinasq; tum claras, tum
longo rerum vsu probatas habes in nostris tractationibus: quas qui intellexerit, omnia quæ ab au
ctore hoc recitātur, discernere valebit. Atq; an partis meminerit, quam & legitimam & commo-
dæ doctrinæ plenā fassi sumus. In ea siquidē parte cū demonstratione & explanatione congruen-
tibusq; distinctionibus scripta sunt omnia. Sed, quæ ita disseminata sunt, vt præsens oratio, nihil
iuuare possunt. Nēpe, siquis nunc singula horum simpliciter & indistincte audierit, is multa in ar-
te perperam molietur. Quòd si singula, vt oportet, distinxerit, primum quidem nihil impræsentia
rum ad eorum inuentionem iuuari deprehendet, deinde ad eam, quæ de præsentibus sit, contem-
plationem multis egere libris cognoscet. Nec vero pleriśq; hominum suaderi potest, vt aggrediā-
tur quidem sola ea scripta, quæ manifesta sunt, quæ vero talia non sunt, ijs, qui ea scripserunt, relin
quant. Nempe, si nullā illi curam habuere, vt nos ea, quæ scripserunt, intelligeremus: & nos haud-
quaquam diligenter adhæreamus, ea, quæ dicuntur, tum quęrentes tum diuinantes, par est.

116 C *Si cuipiam sanguinem auferre confert, ventrem confirmare oportet, & ita auferre, & inediam præcipere, & vinum tollere. Deinde congruenti victu & fotibus humidis reliquam curationem absoluere.*

Fluente aluo sanguinem non detrahes. Nam, si post detractionem perseuerat fluor, virtutem
prosternit. Inediam autem præcipere, hoc est λιμοκτονεῖν, quibus detractus fuerit sanguis, & vinū
tollere recte dictum est, vt & congruo vti victu. Sed fotibus humidis curare, si de oibus quidem,
quibus sublatus fuerit sanguis, dicatur, id falsum est: si vero de aliquibus, dicere oportuit.

117 *Si vero venter densus astrictusq; tibi videatur, mollem huic adhibe clysterem.*

Dignum conscriptione, q̄ omnibus pateat, hoc non est.

118 *Quòd si medicamento opus sit, elleboro tute sursum expurga. Deorsum vero talium neminem.*

Tanq̄ ægritudinē prædixerit, in qua hæc fieri iubet, sermonem facit, tametsi nihil prædixerit.
Vel ergo exēpta est quædam oratio, in qua ostendebatur ægritudo, vel obliuiosus fuit, qui hæc
scripsit, vel talis, qualis à multis appellatur μετέωρος, id est nondum fixo animo, sed suspensus.

119 D *Optimum autem est si vrinæ cieantur, sudores pronocentur, inambulent, & tranquille ita sese perfricent, vt non densiorem reddant habitum. Quòd si in lecto iacuerit, perfricent eum alij.*

Scripsit quoq; & hæc ita, tanquam ægritudinem prædixerit.

120 *Etsi, in thorace supra septū transuersum infestet affectio, resideat frequentius, qui afficitur, minimeq; reclinēt, donec uires ualeant, sedentemq; calido multo diu refricent. Si uero dolor uentrem inferiorem sub septo transuerso infestat, iaceat is (conuenit enim) nulloq; pacto corpus moueatur, secluſa etiam frictione omni.*

Oratione ex hac quis coniecerit tum hæc, tum quæ ea præcedunt omnia, de doloribus scripta
esse. Prætermissa igitur principio dictionis sunt hæc, peccante primo libri huius scriptore, & ma-
nente postea peccato. Quamobrem fieri non potest, vt quispiam in his veritatem perueſtiget, etsi
plus, q̄ temere, in huiusmodi tempus conterere videamur.

121 *Quæ aūt ex ventre inferiore soluuntur tum per vrinas, tum per sudores, si mediocriter per se delabuntur, quæ parua sunt, soluuntur: vehementia vero pernicioſa sunt. Nempe tales vel intereunt, vel non sine malis alijs sanescunt. Nam eiusmodi confirmari solent.*

Per talem

Universidad del Rosario | Archivo Histórico